



**Regnum Papisticum : Opvs lectv ivcvndum omnibus ueritatem  
ama? [n]tibus, in quo Papa cum suis membris, uita, fide, cultu,  
ritibus atq[ue] cæremonijs, quantu? [m] fieri potuit, uerè &  
breuiter describuntur, distinctum in Libros quatuor.**

<https://hdl.handle.net/1874/416858>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Nicobell reg. n. 185  
Sylva Campania  
NIBERGIL. Pamphacis  
BONACCI. Notitia &c.  
1857. Ufficio di Stato

X oct.

**103**

U.B.U.



21






103

Litterae Latinae

Octavo n°. 103.



N-247. h.h.

N. II. B.

# Regnum Papi- sticum:

*Nunc postremo recognitum  
& auctum.*

OPVS LECTV I V CVN-  
dum omnibus ueritatem amātibus: in quo  
Papa cum suis membris, uita, fide, cultu, ri-  
tibus atq; cāremonijs, quantū fieri potuit,  
uerē & breuiter describuntur: distin-  
ctum in Libros quatuor.

THOMA NA OGEOR-  
go autore.


Adiecta sunt & alia quedam huius argumen-  
ti, lectu non indigna.

2. Timoth. 3.

*Ex domo Bruxellis*  
Ἐμ φέποντες ἡγει λαβεῖσθαι αὐτέστησαν μανσή,  
Ἔτι ηγει ὅτοι σύνθισαν τη ἀληθά, σύθρωποι λα-  
τιφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόνιμοι πρὶ τὸν πίστιν ἀλλ  
ἢ προκόψισιν ἐπὶ πλάνην. ἢ γὰρ αὔτηρ ἴν-  
διλλο ἔται πάσιν, οὐς ηγει γίνεται  
νωμ ἵγειστο.

1559. Mense Septembri.





*ILLUSTRISSIMO AC  
clarissimo Principi ac domino, D. PHILIPPO HESSORUM ac Cattorū Lande  
grauio, in Dietz, Zigenhain & Nida,  
Domino suo clementissimo,  
Thomas Naogeorgus*

*S. P. D.*

**T**ot iam annos (illustriſſime Princeps) Euangelice doctrinæ fulſit lumen, ut non immerito, ſi Deo ita uifum eſſet, omnis homines ad ſui amore rapere debuiffet, atq; ipsos etiam infenſiſſimos placare hoſtes: ut ſi non amare poſſent, faltem ab infectionibus, dirisq; conuicijs abſtinerent. Quia uero ſolum iij credunt, (ſicut in Actis Apoſtolicis legimus) qui ad uitam ſunt prædestinati: tantum ab eſt ut aduersarij mitiores ſint facti, atq; aliquid à ſæuitia, probris ac maledictis remiſerint, ut nunc demum quicquid conuiciorum poſſunt, nō ſolum in do-

*a 2 centes,*

centes, uerum etiā in doctrinā, adeoq; Euangeliū Dei cumulatiū atq; confidentius effundant. Prodiit enim nuper in theatrum quidam (cuius nomen nondum edam) qui arrepta ex proximo bello occasione, in epto pariter ac cōtumelioso libello omnes Euangeliū adhærentes Principes ac plebeios proscindit, lacerat, obiurgat, nullisq; non conuicijs onerat: simulq; (si dijs placet) ad Papismū reuocat nos, quos apostatas appellat, ac desertores. Non mereatur ille quidem ullum responsum, ut qui præter conuicia nihil attulerit, & libellus quem scripsit ab ebrio scriptus esse uideatur: adeo nullo progreditur ordine, sed est cōfusanea quædam dun taxat uerborum congeries, & (quod aiunt) sine capite fabula. Velle tamen aliquē esse, qui conuiciatori illi responderet pro dignitate, non illius, sed doctrinæ quam profitemur: quo cerneret, quanta temeritate, impietate, petulantiaq; reprehenderit, sit' que insectatus quod non intelligit. Nam tametsi iniuriā nostrā conuiciaq; in nos iacta dīuinis præceptis dissimulare perferre q; iubea-

Dedicatoria.

3

iubeamur: quod tamen ad ueritatem attinet, synceramq; Euangelij doctri-  
nam, adeoq; Dei honorem & gloriam, nihil est dissimulandum, sed acriter uer-  
bis scriptisq; contra aduersarios pu-  
gnandum: quemadmodum etiam uete-  
res Ecclesiæ doctores, contra ethnicos  
atq; hæreseon propagatores summa cū  
laude fecerunt. Quippe conuiciatores  
eiusmodi, licet ijs qui ueritatem satis  
cognouerunt ridiculi sint, & contem-  
ptui, aut uel bilem duntaxat moueant:  
inficiunt tamen, nec mediocriter offen-  
dunt imbecilles, ut peius de doctrina  
quam tradimus suspicentur ac sentiat.  
Quamobrem uel ipsam propter doctri-  
nam, uel multos propter infirmos ad-  
huc, qui ueritatem primoribus solum  
labris degustarunt, retundenda ac con-  
futanda huius conuiciatoris esset im-  
probitas ac malitia, qui Euangeliū  
quod docemus, Turcicum, atq; alijs no-  
minibus appellat odiosis. Atq; uehe-  
menter miror, qua fronte hoc faciat:  
quum satis constet, eum nostrorum li-  
bros & commentaria non legisse, ut i-  
doneus esse possit doctrinæ atq; Euan-

gelij

a 3 gelij

geliij iudex: neq; conueniat, ex unius  
aut alterius uel Principis uel plebeijsce-  
lere aut malefactis, contra uniuersam  
doctrinam ferre sententiam. Sed hau-  
sit opinor huiuscemodi cōuicia ex mo-  
nachorum cōcionibus, aliorum ue-  
rulentorum Papistarum, qui uétris sui  
magis quam ueritatis curam gerunt:  
unde præclarum se fore sperauit & glo-  
riosum, si paribus probris in nos deto-  
naret, libellisq; ineptis & scurrilibus  
Lutheranos (ut uocant) nō conficeret  
(haud enim tantæ eruditio[n]is est: atq;  
alioqui ueritas est inuita) sed pulicu[m]  
ac pediculoru[m] more pungeret & mor-  
deret. Cæterūm spero aliquem prodi-  
rum, qui stulto (ut ait Salomon) respon-  
deat iuxta stultiam illius, ne sibi sa-  
piens esse uideatur. Ego, quod tantum  
in præsentia licuit, nudè & apertè Papa-  
tus membra præcipua, fidem, cultus at-  
que ritus descripsi et proposui, licet no-  
mina præteream: ut uideant omnes,  
an nos, an illi, ad Apostolorum uestigia  
doctrinamq; proprius accedamus: atq;  
an illi Catholici sint, an magis nos,  
quos adeò oderunt atq; persequuntur  
tanquam

Dedicatoria.

tanquam hæreticos. Quid boni, quid  
sinceri, quid deniq; Apostolicæ doctri-  
næ consentaneum in Papatu sit, ego  
hercle uidere non possum: contrà uero  
liquidò apparet nostra eiusmodi esse,  
ut quæ Papatus totis adhibitis studijs  
haçtenus, solidis Scripturarum testi-  
monijs subuertere non potuerit. Quòd  
ergo nos reuocant? An nos putant ueri-  
tatem deserturos, adhæsurosque men-  
dacijs, in tam clara luce? Cur uocant de-  
sertores? An probrum est, deserere im-  
pietatem atq; idololatrias, & cætera  
tam uana quam ridicula? Sanè pleraq;  
esse huiusmodi illorum omnia, breui-  
bus ita proponere studui, ut quasi in ta-  
bula perspici possint: quo & nostri illo-  
rum hominum contumelias & oppro-  
bria patientius tolerent, uiso à quibus  
monstris per Euangelicam sint doctri-  
nam erepti: & aduersarij minus cristas  
erigat, seq; ueram Christi ecclesiam es-  
se glorientur: perspecto, ipsorum deli-  
ria tam uitæ quam cultus & doctrinæ  
omnibus esse exposita. Nostros igitur  
hortor, ut summam existiment gloriā,  
deseruisse Papatum: & singularē quan-

dam Dei gratiam, Euangelicam cognoscisse doctrinā. Hortor autem moneoq;  
& aduersarios, ut desinant tandem male dicere, non tantum nobis (qui nihil  
sumus fortasse) sed potius ueritati Dei,  
atq; Euangēlio Christi: remq; expen-  
dant diligentius, atq; paulisper ex ocu-  
lis remoueant multitudinis cōsensum,  
autoritatem Papę & membrorū illius,  
usitatosq; aliquot seculis cultus. Nihil  
enim hæc & similia ad ueritatem fa-  
ciunt confirmandam, sed eius potius  
cognitionem impediunt ac remoran-  
tur, suntq; omnibus gentibus commu-  
nia: quæ uetustate, duratione, regum  
& principum autoritate, magnoq; o-  
mnium cōsensu sua defendere possent.  
Christianis suæ fidei atq; cultuum alia  
debent esse fundamenta, sicut & sunt:  
nempe consensus Prophetarum & A-  
postolorum, autoritas Spiritus sancti,  
testimonium de Christo domino no-  
stro cùm in Scripturis, tum in hominū  
cordibus ferentis. Hæc si penitus in-  
trospererint, & absq; præiudicio æsti-  
marint non dubito fore, quin Christia-  
num induiti pudorem resipiscant, adq;  
ueriora

Dedicatoria.

9

ueriora firmioraq; se conuertant. Stultum est, uidere meliora, & deteriora sequi, quod plurimi aduersariorum uen-  
tris & quæstus gratia faciunt. Interim (illustriſſ. Princeps) est quod nobis gra-  
tulemur, cernētes in quantis tenebris,  
erroribus, humanisq; offucijs, nugisq;  
aduersarij ambulent: Deumq; prece-  
mūr, mentem illorum & oculos ape-  
riat, ut Euangelij lucem, qua sola cor-  
dium tranquillitas acquiritur, appre-  
hendant, in unoq; Christo seruatore  
noſtro quærāt habeātq; omnia. Quām  
moleſtum ſit iter agentibus aut rectam  
ignorare uiam, aut leduci à monſtrato-  
re aliquo malicioſo, norunt omnes qui  
ſunt experti. Nihil etiam prodeſt mu-  
tas tentare uias, à recta tamē quām lon-  
gissimè aberrare. id quod aduersarijs u-  
ſuuenire notiſſimum eſt. Faciūt enim  
atq; tentant plurima, animumq; ſuum  
huc illuc torquēt anxij, ut peccatorum  
remiſſionem æternamq; ſalutem con-  
ſequantur. ſed nemo pius non uidet,  
eos incassum fudare atq; moliri, quum  
unica ad patrem uia ſit Christus, Ioan.  
14. qui factus eſt nobis à Deo patre, fa-

a 5 pientia,

pientia, iusticia, sanctificatio & redem-  
ptio. 1. Cor. 1. & nullum sub sole nomen  
datum sit hominibus ad salutem conse-  
quendam, quam nomen Domini IESU  
CHRISTI. Act. 4. Hanc uiam, quia sim-  
plex & minimè quæstuosa est, monstra-  
tores cæci aut improbi callide præte-  
reut, atq; in anfractus & labyrinthos in-  
explicabiles, aut præcipitia abducunt  
miseros. Magni proinde æstimandum  
est, nos ab hisce esse liberatos, eorumq;  
intelligere studia atq; imposturas, ut  
perpetuò cauere possimus. Huc ego  
professò respiciens, hanc operam susce-  
pi, quo ueritas atq; Euangelica doctri-  
na magis eluceat, contrarijs oppositis  
studijs, cultibus, ritibusq;, & uita Papi-  
starum: ut ab his sibi caueant omnes,  
atque illam cupidius apprehendant, te-  
neant, amentq; omniq; studio custo-  
diant atque defendant. Tibi autem (cla-  
rissime Princeps) hoc scriptum nuncu-  
paui multas ob causas, quas omnis  
commemorare non est necesse. Tuus  
certè quondam erga me fauor singula-  
ris, liberalitasq; Principe digna, maius  
aliquid, tuaq; Celsitudine dignius o-  
pus

pus mererentur: uerum te magis respicere nuncupantis animum solere scio, quam facultatem. Neque ego hoc opusculo tuę munificentiae plenam referre gratiam statui: (hoc enim fieri non potest) sed declarare dūtaxat, me acceptorum benefiorum non esse immemorem. Deinde uisum mihi est, hoc scriptum tibi inter omnes maximè conuenire, propter singulare in doctrina Evangelica promouenda studium, propter pericula atq; calamitates aditas in defendendo, in quo adusque captiuitatem mortis que discriminem (à quibus te liberatum tandem, inq; auitas sedes restitutum, toto pectori gratulor, Deoq; gratias ago) animose decertasti: propter admirabilem deniq;, uereq; heroicam inter tot aduersa grauesq; tentationes animi fortitudinem, constantiamq; in retinendo. Videbis enim, qualia sint (licet antea non ignores) ad quę pertrahi, uarijs quamlibet machinis impeditus, non potuisti. atque haud difficulter e-regionè, qualia item, quæ sedulò promouisti, defendisti que haec tenus, atque diuina opitulante gratia retinuisti.

Sunt

Sunt alij duri planeq; faxe i n retinen-  
da per manus tradita fide, ut Turcæ, ut  
Iudæi, horumq; similes; sed nullo satis  
certo nixi firmamento, nullaq; sacra-  
rum Scripturarum suffulti autoritate,  
sed humanis duntaxat commentis. Ea  
uerò demū cōstantia ac rigiditas (ut ita  
loquar) laudanda est, quæ diuino nitit-  
tur fundamento: atque falsa & impia  
duci, trahi aut flecti non potest: ob quā  
omnes ab initio Christi martyres præ-  
dicamus. Quia igitur ob hæc non iniu-  
cundum tibi sperauit hoc Opusculum  
fore, ausus sum id quoque tuæ dedica-  
re Celsitudini: orans rogansq; , tenuita-  
tem ea hanc nostram quidem , at certè  
deditissimum animum, æqui boni con-  
fusat, meq; sibi habeat commendatum:  
quam Dominus i e s u s, unà cum for-  
tissimis filijs, perpetuò diutissimeq; in  
columem conseruet. Dat. Basileæ,

20. Februari. 1553.

# REGNI PAPISTICI

## LIBER PRIMVS:

THOMA NAOGEOR-  
go autore.



VNC age magnifici mihi mē-  
bra, fidemq; Papatus,  
Et uarios ritus, anniq; ex ordi-  
ne fastos  
Musa refer: nostræ non tantum  
tendere uires,  
Nec dixisse ualent tanti mysteria regni,  
Cui nullum toto compar reperitur in orbe.  
Audimus Scythici sit quanta potentia sceptri,  
Quid ualeant Turcæ, & semoti longius Indi:  
Quid bellax Parthus, Persæq; uberrima regna:  
Nec Romana ulli uetus est incognita uirtus.  
Verū cuncta nihil sunt, si quis pensaret huius  
Maiestas quæ sit, quæq; infinita potestas.  
Imperium siquidem cœlestes scandit ad arces,  
Et terrena regit summo moderamine cuncta,  
Legibus atq; nūnis infernam territat aulam:  
Ut sic tota triplex quassetur machina mundi  
Eius in arbitrio. Temerè nec fingimus istud:  
Arrogat ipse sibi rebus scriptisq; Papatus,  
Viribus & totis quasi debita iura tuctur.

D.22. Om-  
nes.

Quare

Quare Calliopea ad sis, tuq; augur Apollo.  
 Res magna est, lateq; patens, dispersaq; cunctis  
 Finibus Europæ. Recto deducite calle  
 Incepsum carmen, cunctisq; hæc pandite sacra.  
 Namq; satis sint nota licet, compertaq; cunctis,  
 Prognatos quo scunq; ætas trigesima uidit:  
 Attamen ignorant nostri non uisa minores,  
 A' pueris docti Christum, ritusq; probatos.  
 Quid facient porrò post secula multa nepotes,  
 Quis forte haud dabitur ritus et mœbra Papatus  
 Cernere, nec nouisse fidem, ob longinqua locoru  
 Interualla? Profectò hæc cognouisse iuuabit:  
 Quorum cognoscent ex his non pauca libellis,  
 Si modò non tineas pascent prius, Assyrijs uè  
 Mercibus aut piperi præbebunt pallia nigro.

Quæritur in primis, sit ne huic cœlestis origo;  
 Et pater æternus supero hunc demiserit axe:  
 An uero potius Stygijs emerserit undis,  
 A' Satana compostum ipso, furijsq; nefandis,  
 In fidei pestem ueræ, supremaq; fata,  
 Et turbas rerum assiduas, magnosq; tumultus?  
 Hoc qui contendunt, causas adferre ualentes,  
 Atq; argumenta solent: primūq; è fructibus ortū.  
 Ac tota ambiguum uita spæctare parentem.  
 Sed nihil absurdī, quamuis dicamus ab alto  
 Descendiſſe polo: descendit & improbus olim  
 Lucifer, & totum mala diuexantia mundum

Ullina

## Liber I.

15

Illi adueniunt, ira iussuq; Tonantis.

Largifluus quondam terras hominesq; peremit  
Ex cœlis imber, Sodomā quoq; sulphur et ignis  
Obruit à Domino. Quid si peccata prophani  
Plurima, et ingratiū nunquamq; domabile mundū  
Pectus commoruit, terris ut tale scelestis  
Omnipotens saceret meritò consurgere regnū?  
Spernebat homines Christum, uerbumq; salutis,  
Cordibus &c cunctis inerant fastidia ueri,  
Nulla fides ultrà aut fratribus dilectio curæ,  
Pestiferis fidei lacerabant dogmata sectis,  
Ad noua suspensi, patulasq; docentibus aures  
Præbebant, quæcunq; etiā aut peruersa docerēt,  
Non attendentes ueri aut discrimina falsi:  
Seq; exponebant prædæ, erroriq; lubentes.  
Quid mirum iam, si plenis mendacia cuppis  
Omnipotens in hiantia sic effuderit oræ?  
Adde quod in summa doctorum pace cohortes  
Sepositis properè libris, curaq; docendi,  
Quærebant aurum & uani miracula mundi:  
Mordebat inter se, pellebatq; uicissim,  
Cuiq; prout uires aderant, regumq; fauores:  
Perculerint odijs ipsa ut prætoria demum,  
Sintq; admirati proceres, insania quænam,  
Quæq; intemperies doctores atq; magistros  
Inuasisset, ut auspicijs ciuilia bella  
Haud rectis gererēt, tantū & sua quisq; malign

Alterius

Alterius tristi speraret commoda casu.

Moribus ex his quid potuisse emergere censes,  
Quam præsens regnum, & doctrinæ incommoda sa-  
Castigante Deo mundi delicta furentis, (næ,  
Inq; tenebrarum marcentia corda profundum  
Proijciente? Etenim seculo surrexit eodem,  
Stulta Mahometilex, infandusq; Papatus,  
Cornua ceu duo que ruerent uerumq; fidemq;  
Et ualidis totum imbuerent erroribus orbem.  
Namq; scopū pulchre collimat uterq; ad eundem,  
Ut sit nempe super nil cognitionis Iesu,  
Sitq; ablata omnis prorsum inquisitio ueri,  
Atq; in condensis uadant erroribus omnes.

Non ergo errabis ualde, si cornua dicas

Vtraq; dante Deo producta, immissaq; mundo.

D. 21. In no-  
uo.

Hoc præsumit enim, crediq; omnino Papatus

D. 22. Om-  
nes. & Sa-  
crosancta.

De se uult, fidei q; illius portio prima est.

Esto, non hac de re contendemus inepti:

Cedimus hic facile. Nequit hoc tamē ipse Papatus  
Inficias ire, à satana quin multa magistro  
Hauserit, & doctrina eadem uitaq; probarit.

Papa. Nunc caput Imperij tanti admirabile dicam.

Nomē habet Papa, quod quōdā cōmune uel imis

Præsulibus, donec Romanus episcopus ex se

Arripuit fidei præter suffragia sceptrum,

Hocq; sibi nomen propriè suscepit habendum:

Quare nulla super lis mota, nec obstitit ullus.

Quid

Quid faceret? iam magnus erat, metuēdus et omni,  
Non modō terrenis, uerū cō cœlestibus armis.  
Hic Papa cœlorum claves se iactat habere,  
Atq; etiam in clypeo semper depingit easdem,  
Ut norint reges, plebsq; ad mendacia prompta,  
Cœlorum portas nullum, cœlesteq; regnum  
Posse subire, aliqua cœli uel parte locari,  
Illi ex nutu nisi, permisusq; benigno.  
Illi in dextra cœlum est, æternaq; uita:  
Dat cui uult, cui uult adimit, clauditq; uiciſſim.  
Verbo, si quem uult, raptim sustollit ad astra:  
Clauibus et rursus, quem uult, ad tartara trudit.  
Hic ligat, hic soluit, cœlesti q; imperat aulæ  
Solus, ceu condus promisq; et ianitor idem.  
Magna hæc est nimis et cunctis horrēda potestas,  
Quam magni tremuere duces, regesq; potentes.  
Pectora planxerūt proceres, populusq; manu, cū  
Audiuer Papæ nomen modō, sanctaq; iura.  
Nam post fata omnes spectabant ultima cœlum,  
Et requie æterna cupiebant esse beati:  
Quò fugerent autem, uel qua fiducia cœlum  
Sperarent, Papa quum claves aditumq; teneret  
Omnibus ergo colendus erat tanquā Deus: immo  
Nemo Dei ueri quæsivit habere fauorem,  
Nec iussa aduertit: quin nec promissa, minasq;  
Huius cum cunctorum animi terrore, minisq;  
Nec non pollicitis præcepti iam ante stuparent,

Ut nullam possent partem impetrare Tonanti:  
 Qui tamē haud partē, sed pectora tota requirit.  
 Non ignoramus, quod cœli Ecclesia claves,  
 Atq; adeò Petrus, Petri similesq; ministri,  
 Nec non soluendi à noxis ius, atq; ligandi,  
 Possideant à Christo acceptum. Ast illa potestas  
 In uerbo est Euangelij, nec tenditur ultrā:  
 Quod quicunq; docet, cœlorum is limina claudit  
 Omnibus impuris, & non credentibus illi:  
 At uero electis opera recludit eadem.  
 Sic ligat inflexos, sancti q; piacula cœtus  
 Iure Euangelij, haud propriæ dictamine mentis.  
 At Papa lögè aliud sentit, quod st̄emata mōstrat.  
 Non docet ut Petrus, nec pascit, nullaq; prorsus  
 Cum doctrina Euangelij commercia tractat:  
 Sed dominum se fert fidei, uitæq; perennis.

- Con. D. 95. Esto. Iure à nullo hominum, nec Seruatore tributo,  
 Quo tamē unicū erat numen plebi atq; monar-  
 Regib. & Ducibus. tantū persuasio mēdax chis,  
 E' sacris scriptis potuit desumpta coactis,  
 D. 10. Quo- niam. Ut propter cœli portas, animæq; salutem,  
 Omnia habereb ubiq; obnoxia corda, fidemq;  
 Exceptis Græcis, qui non coluere Papatum.  
 Italus autem omnis, iunctisq; Hispania Gallis,  
 Anglus, Germanus, tota cum gente Scotorum,  
 Vngaria & Dani, Noruegiq; atq; Boemi,  
 Russia & Hyberni, latisq; Polonia campis:  
 Et breui-

# Liber I.

19

Et breuiter, nomen uenit quocunq; Latinum.

Obseruant, metuunt paſſim, uenerantur, adorat  
Toto corde Papam, ut cœli uitæq; potentem.

Hoc ualeat in cœlis, magis immo ualere laborat. Greg. in Re,  
In terris uero diuina humanaq; tractat

Omnia, seq; uices Christi gerere intonat audax,

Quia uirtute sit ipse & sacro flamine presens,

Tum caput illius sponsæ quam morte redemit

Atq; crux suo à neuis rugisq; poluit.

Hoccine adulterium, & cunctis insania nota,

Se caput alterius sponsæ iactare mariti?

Quis ferat? an Christus, cui tanti constitit uxor?

Se tamen à Christo dicit caput esse relictum

Ipsius sponsæ, sic nil pudet omnia plebi

Ingerere, et si sint manifestò falsa, simulq;

Impia. Prætereat ne quis consurgere motus

A' tergo uel fronte queat, correptaq; iura

Atq; poli, uitæq; eternæ falsa potestas

Conuelli à quoquam uerbo scriptisq; sacratis,

Vel ratione etiam humana, sacra Biblia cauteq;

Subiecit sibi mundus uti illo interprete solo

Vtatur, uetusq; edictis, ne quis amore

Commotus ueri, aut odio falsiq; maliq;,

Scripturas aliter legere aut exponere tentet,

Aut priuatim, aut publicitus quid tradere plebi,

Quam uelit, aut rebus permittat ritè putatis.

In uerba hanc licitum scripturis credere cuiquā,

D. 12. Nō de  
cer. &, Præc  
pit. 9 q. 3.  
Aliorū. Con  
tra 1. q. 1. Vt  
evidenter.

D. 22. Om  
nes. &, Sacre  
sandæ.

17. q. 4. Ne  
mini. 24. q. 1.  
Quoties . &,  
Rogamus.

Si non credulitas probat emolumenta Papatus,  
Raptosq; amplificat magis et cōfirmat honores.  
Sic à Scripturis se reddidit undiq; tutum,  
Quarū est Christicolis respectus iure supremus.  
Quid ualeat ratio, quid' ue argumenta probata?  
Callida quid tandem ueri ex discrecio falsi?

9. q. 3. Patet,  
& Cūta. &  
Nemo. D. 12.  
Si Romano-  
rum, et sequē  
tibus.  
17. q. 4. Ne-  
mini. D. 19.  
Sic omnes.

Cecisunt omnes: solus Papa cernit, ex omnes  
Doctrinas, leges, rationes iudicat, immo.  
Et reges populosq; patresq; ac omnia prorsus  
Cocilia: ex quicquid statuit, pro lege tenedū est:  
Nec dubitare licet, nec reclamare, sed omne  
Occlusis oculis, hebeti gustuq; uorandum  
Quicquid proponit, decernit, somniat, effert.

D. 40. Si Pa-  
pa. 9. q. 3. Ne-  
mo, & sequē  
tibus.

Cauit ex hoc bellè, ne quis dijudicet ipsum,  
Ipsius aut uitam, moresq; scelestaq; facia:  
Quamuis seducat mundum, magnasq; cateruas  
Moribus impuris, uitāq; sub ima scelesta  
Tartara demergat, quæ uult facit, utq; libido est:  
Sic uiuit, nullum metuens hominemq; Deumq;  
Pro lege ac ratione est eius sola uoluntas:

Extra, de cō-  
cess. prob.  
Proposuit.  
Extra, de ap-  
pellati. Vt de-  
bitus.  
3. q. 6. Hoc  
quippe. C. de  
reiuend. li. 5.  
2. q. 6. Decre-  
to.

Et, quare hoc aut sic facis, audet quærere nemo:  
Dispensare potest etenim, ex peruertere cuncta.  
Ex iusto facere iniustum, iustumq; uicissim  
Ex iniusto, quod licet illicitum est, ex iniquum,  
Aequū: quodq; est, nō est, si hæc uult sancta pot-  
rei uend. li. 5. Naturæ per eā rerū mutantur, ex ordo. (star.  
Quid multis opus est? in terris obtinet omnem

Ille potestatem dirimit iustissima uerbo  
 Coniugia, incestiq; uicissim foedera lecti  
 Nec tit: diuinis leges mutat ue, uel auferit,  
 Aut misere in sensum detorquet deniq; prauum.  
 Nec mirum, humanis ludit si legibus ut uult,  
 A sacramento populorum libera reddens  
 Colla, atq; hæredes ex non hæreditibus uno  
 Imperio, fœnus concedens, furta, rapinas,  
 Particula accepta: donans aliena, malæq;  
 Iustificans fidei posseſſores, homicidas,  
 Periuerosq; sacris iungens altaribus. hæc sunt  
 Nullius numeri, & parua illi, & ludicra plane,  
 Qui cœli claves tenet, & moderatur Olympum.  
 Sacris scripturis etiam, & diuinitus olim  
 Allato uerbo, sua prorsus heriliter æquat  
 Rescripta & decreta, & quicquid prodidit ore:  
 Ore, quod haud errare potest, aut fallere quen-  
 Sed gemit assidue sub iniquo pōdere ueri. (qua,  
 Quare haud indignū, quod uult parere quibusuis  
 Decretis omnes, canonesq; à nemine sperni,  
 Qui querit uitam. Quid enim ueracius illis?  
 Quid compilatum bello magis ordine? uel quid  
 Promouet ad uitam magis, æternamq; salutem?  
 Discimus ex illis, quod nostrum sit caput, & quis  
 Claves possideat cœlestis ianitor dulæ:  
 Ne queramus fruſtra aliū, Christūq; uel ipsum,  
 Qui pro delictis narratur mortuis esse,

D. 19. Sic omnes. & Si Romanorum, & sequentibus.  
D. n. Hoc ueſtræ.

D. u. Nolite 24. q. 1. Rogamus.  
D. n. Hoc ueſtræ.  
D. 19. Sic omnes.  
Ironia.

Pro nobisq; patris cunctum placasse furorem.

At quoq; Cæsarei rapuit sibi culmen honoris,  
Ne quid in orbe extet celsum, clarūq; uel amplū,  
Quod non possideat, calcetq; ut subdita planis.  
Imperij quare se hæredem scribit et effert,  
Regibus idq; ipsis persuasit, principibusq;,  
Et populis: mihi quod supra mirabile cuncta est.  
Verum diuino cunctos sub nomine flexit,  
Terruit et domuit, mentemq; ligauit et ordi,  
Ut faciem contra perficitam haud hisceret nullus.  
At non se iactat solum, sed et utitur effrons  
Falso iure, creat reges, donat e corona

D. 63. Tibi. In uerba additos sua, prescriptumq; uetustum,  
Ut seruos habeat fidos, humilesq; clientes.  
Quod si immorigeri fuerint forte, atq; rebellis,  
Detrahit actutum celso de culmine regni.  
Fulmine percussos horrendo, Horcoq; dicatos,  
A q; fide soluit subiectos protinus omnes.  
Si se iusq; suum tendunt defendere Marte,  
In caput illorum reges ciet, atq; dynastas:  
Armat et ipse suos, et quicquid ubiq; potentū est,  
Ut quamuis fortes nequeant obsistere multis.  
Si sine Marte uolunt scripto contendere iure,  
Concilioq; suas collecto exponere causas,  
Frustra est. Concilium nullum coit illius absq;

D. 17. Syno- Iussu, collecti q; aliter sententia nulla est.  
dum. &c. Nec  
llicuit. Infelix ergo Cæsar submittere colla

Cogitur,

Cogitur, et supplex ueniam exorare reatus,  
 Stratus humi, pedibusq; Papæ inuita osculafiges.  
 Historiae tradunt, quendam bis terq; Papali  
 Calcatum induperatorem pede: quin et acerbis  
 Insuper afflictum dietis, nihil addier ultra  
 Ut posset quo sat patuit, quid iuris in omnes  
 Assumat reges, populosq; sibi Papa: nempe  
 Quod non sit sponsæ Christi dominusq; caputq;  
 Solum, uerum etiam (si fas est) totius orbis.  
 Quare qui sapiunt nunc Reges, omnibus ultrò  
 Auscultare solent, submissoq; utier ore  
 Contra apicē tantum: nimis et reputare beatos,  
 Si licet illius soleas contingere labris.  
 Hoc non Turcarum regi, nulliq; per orbem  
 Quantumuis diti facerent, multumq; potenti.  
 Atq; foret longè satius, bis terq; perire,  
 Ac ignominiam tantam perferre monarchis.  
 At faciunt huic, ut domino terræq; poliq;  
 Præterea iussis huius discrimine nullo  
 Parent. Si mandat bellum gerere, ocyus arma  
 Corripiunt: uastare urbes, aut pellere auitis  
 Sedibus inuisos, tot asq; excindere gentes,  
 Vastant, expellunt, ac miscent cuncta cruore.  
 Si spoliare iubet uita, uel tradere flammis  
 Doctū aut indoctū, plebeiu aut principe cretū,  
 Mox mora nulla, nefas ducunt parsisse parenti,  
 Cognatisq; ipsis, cedunt, iugulantq; propinquos.

Et quemcunq; cupit sanctissimus ille virorum;  
 Quamvis ignorent causam, uel non satis æqua  
 Expendant trutina. Quin & si constet iniquum  
 Mandatum esse, atq; ex solo liuore profectum,  
 Nil tamen interea minus eius iussa sequuntur.

**E**xtra de off. Atq; hoc ipse pater uult, & mandauit, inunctos  
**D. 96.** Bene quidē. &, In scripturis. Simpliciter tantum iussis parere quibus uis  
 Debere, haud ulla per se cognoscere causas  
 In rebus, sibi quas Romana ecclesia sumit,  
 Nec curare adeò qualis sententia lata est.

**D. 10.** Suscipi tis. Quin & cunctorum regū uult omne tribunal  
 Subiectum esse sibi, si qui sunt fortè grauati,  
 Ut poſſint licetē ſedem appellare Papalem:  
 Magna potestas, ius ingens, dignatio ſumma,  
 Rebus in humanis pariter ſacrisq; supremum  
 Reddere iudicium. Sed, ne fallaris, & iſtud, (næ:  
 Ut reliqua omnia, quæſtū olet atq; embāma culi  
 Quæ quoctūq; modo ad ſe pertraxiſſe, recociti eſt:  
 Vnde is principibus ducibusq; & gentibus iſpis  
 Non pauca abraſit, cedentibus omne libenter,  
 Quum uitam contrā promitteret ille perennem.  
 Sic terras, castella, ducatus, prædia & urbes  
 Pro uita æterna, pro nugis nempe, recepit.

**D. 10.** Quo- niam. Pontifices ſiquidem pro rebus ſæpe caducis  
 Regū ope habēt opus: at reges proceresq; uicif-  
 Pro uita atq; salute, Papis. Persuasio quid nō ſim  
 Efficit, & ſub diuino fallacia uerbo?

Deniq;

Liber I.

25

D. 93. Si ini-  
nicus.

Deniq; decretis diuinè sanxit, ut omnes  
Sint inimici illi, si quem auersatur ex odit.  
Quis non sic reges superet, magnosq; tyrannos,  
Nedum plebeium? Quis non exhorreat atræ  
Turbæ inimicitiæ? Meritò fugiuntq; cauentq;  
Hanc maiestatem reges uel lædere uerbo,  
A' que Ioue hoc procul, aq; eius se fulmine ducūt.  
Interea uiuit securè, et tutus ab omni,  
Aequalem cernens nullum, nullumq; priorem,  
Nec qui lite ausit durōue laceſſere bello.  
Fœderata init cum principibus, cum regibus, et cñ  
Vrbibus et populis qui libertate fruuntur,  
Et complere queunt robusto milite campos.

Sūma est, se prudēs et cautus in omnia miscet.  
Si fileant omnes, et pax bona regnet ubiq;,  
Ipse ferit bellum, concordesq; urget ad arma,  
Applicat et parti firmæ, opportunaq; captat  
Cuncta sibi, Martis se quocunq; alea uortat.  
Vulneribus sua sic alienis commoda querens,  
Nonnunquam ad bellum sæuus grassatur et ipse  
Promissa barba, lorica indutus ahena,  
Et ferro totum corpus connectus et auro,  
Horrendūq; fremens uicos populatur et agros,  
Oppida circumdat uallo, extremumq; minatur  
Hostibus exitium tormentis mœnia quassat,  
Aut longa obsidione famem metuentibus affert,  
Donec cogantur miseri se dedere ciues:

b 5 Tunc

Tū iugulat quos uult, uel propter uerba iecosq;  
 Hinc credit insignis Romā, celebratq; triumphū.  
 Hec agit in terris rerum caput atq; potestas  
 Summa: an tu nōsti maiorem, plusq; ualentem?  
 Edas, & tempus perquiras omne, locumq;.

Hinc fāscēs etiam sumosa in Tartara mittit  
 Carminibus certis, & ritibus, atq; diebus.  
 Et damnatorum si non omnino catastas  
 Euacuare potest, ignemq; extinguere sēuum,  
 Et fregisse rotas, turpesq; occidere uermes:  
 Voce tamen ualida cruciatus mitigat omnes,  
 Scilicet ut capti certas laxentur in horas,  
 Ignisq; haud urat, rodant neq; pectora uermes,  
 Currentes teneantq; rotas sufflamina paulum.  
 Quod si carminib. potuit Rhodopeius Orpheus  
 Sistere tartareas pœnas, flagrumq; Megæræ:  
 Cur non posbit idem Papa, rex terræq; poliq;  
 Est aliquis uero (quem nondum cognouimus ipsi,  
 Repperit ille sagax) est purgatorius ignis,  
 Regnat ubi prorsus, uiresq; expromit atroces.  
 Liberat hinc animas, altoq; reponit Olympo  
 Carminibus, precibus, donis, & iure potenti.  
 Nil refert etiam, si tercentum arserit armos  
 Spiritus: aurifluis si post aduenerit imber,  
 Irrorante aliquo, paucis illum extrahit horis.  
 Progeniem haud raro totam illo soluit ab igne,  
 Aut præseruat, uti fauor est, nummusq; resultat.

Nil

Nil contrâ possunt Pluto, inferniq; ministri,  
 Quamlibet et manibus teneant pedibusq; renixè,  
 Et curuos tendant uncos, pedicâs q; tenaces  
 Nectant: submisso dispellit murmure uocis  
 Demonas aduersos, & uel fundo extrahit imo  
 Plorantes animas, in amœnaq; gaudia transfert.  
 Quis regū hoc potuit? q; Apostolus, aut Helisæ-  
 Nō est, nec fuit, & nec erit tam dia potestas. (ius)

Mortales igitur cunctos quoq; uincit amictu,  
 Si quando patitur se in maiestate uideri.  
 A capite ad calcem Sarrano prænitet ostro.  
 Sunt uestes, quas Ser, & quas opulēta Damascus  
 Mittit: contexto riget auro, Indisq; lapillis,  
 Grandibus & baccis, quales regina Canopi  
 Nunquam potasset, nec detraxisset ab aure.  
 Insuper et triplici fulget diademate cultus,  
 Consimili lapidū textura, auriq; micatis. (psum)  
 Deinde pedū duplice gestat cruce, fulgidum & i-  
 Auro, nam argenti color hic & bractea nulla,  
 Occurrentis nisi festa dies id fortè requirat.  
 Summam prætero pompam, cultosq; ministros,  
 Armatosq; utring; uiros, fortemq; cohærem,  
 Ordinem & astandi, ritus, spectacula, motus,  
 Mirificos gestus manibus, capite, atq; libellis,  
 Innumerisq; alijs, quorum recitatio longa est.  
 Si spectes uel opes, uel fastū, aut deniq; pompas,  
 Aut iuxta mundum speciem, moresq; superbos,

Nil

Nil simile inuenies, nec quod mundanius usquam

Esse queat. Quid quod tellus ea sancta putatur,

Quam calcat? Quin et manib. quodcunq; retectis

Attingit? Quare sacras non uadit ad aedes,

Verum sublimis fertur, ceu foederis arca,

*Ration. diu.* Nempe in qua cunctis diuum sit manna repossum.

Heu q; nil pudet hosce homines cōscribere, quam

Iudicium metuunt Domini, secliq; futuri? (non

Verum hæc purpureæ frons est meretricis, inertis

Qua mūdo imposuit: nec adhuc finis' ue, modus

Forsitā et quæris, sumptus his talib. unde? (ue.

Quærere nolito. Nullus rex atq; monarcha

Possidet argenti tantum, rutilantis & auri.

Nescio cuius habet ditis patrimonia Petri.

Est ditio ingens, sunt urbes magnæ atq; potentes,

Fructiferæ terræ, portus & littora, saltus:

Est Roma ipsa caput rerum, reginaq; quondam,

**600000.** Mille talenta unde, aut plus, colligit ille quotānis.

Porrò plura sibi per totum colligit orbem

Cælo ex uenali, & poenis culpisq; remisit;

Multa ex annatis capit (ista uocabula fingunt;

Vtendum quibus hic erit, ut pro more loquamur)

Vilia thesauros reddunt quoq; pallia magnos,

Præfulum & Abbatum feri confirmatio multa.

Quid præbendarum censes collatio reddit,

Alterum ubi donis præuertere nititur alter?

Atq; etiam euadit, tribuit qui plurima, uictor.

Quin

*Con. I. q. 1.*

Quicquid sta-

tuosus. Gra-

sia q. 3. Ven-

dentes.

*Con. D. 100.*

Mouit.

Quin menses etiam quosdam sibi legit in anno,  
 Quicis aliena sui fieret collatio iuris.  
 Singula quid memorem uasfra planè utitur arte,  
 Pinguibus ut cunctis hamatos imprimat unguis,  
 Et partem rapiat, ueneturq; undiq; nammos.  
 Corripit à uiuis prædam, pariterq; sepultis,  
 Vi sit inexhaustus nummis, auriq; scatebris,  
 Vnde et bella gerit, iucunda palatia condit,  
 Aedificat pontes, templa, arces, atq; sacella,  
 Affinesq; suos ditat, charosq; propinquos,  
 Sustentatq; omnē luxū, sumptūq; dapalem, (nus:  
 Omnia quæ rex quisq; potest princepsq; propheta-  
 Et Persam monstrant aliq; Crœsumq; superbū,  
 Nō uirū Apostolicū, nec Christi deniq; mēbrum.

Vitam nosse cupis? Regali splendida luxu est,  
 Adq; uoluptates omnis instructa peritè.  
 Turpia non dicam, quæ constans fama uolutat,  
 Ne mihi fortè liber uel carmina turpia fiant.  
 At nunc in cunctis quæ sunt memorata uideto,  
 Numquid Apostolicū, Christi q; imitabile sanctis  
 Insit, quodq; uices Christi referatq; probetq;  
 Aut sit doctrinæ illius conforme salubri,  
 Aut quod Catholicum posit sanctumq; uideri.  
 Nil magis aduersum cernes, nec turpius usquam,  
 Si conserre uelis. Quare hoc sunt tēpore multi,  
 Qui dicant, credantq; tenaciter, Antichristi  
 Esse Papæ sedem, officium, moresq;, statumq;.

Atq;

Atq; eius nomen fugiant, decretāq; cuncta,  
 Ritus, doctrinas, templa & mysteria magna,  
 Haud secus, occursum quam ursi, rabidiq; leonis;  
 Et cruce se signent prima mox luce cauentes,  
 Nec ubi fortuitu rausus uideatur, & unctus,  
 Aut aliud membrum sacri de corte Papatus.

Hinc miror, quare sanctissimus ille uocetur,

D. 40. Nō 10  
 ca. Ante omnia.

Quem sanctum posset uel uita nemo probare  
 Deposita, facile sed quis contraria cūcta. (mus,  
 Non locus hoc conferre potest, non ordo supre-  
 Non fastus, non ambitio, non pompa, nec aurum.  
 Dic diuine augur, doct& quoq; dicite Musæ,  
 Vnde nam Apostolicus sit, uel sanctissimus ille?  
 Nos etenim causam meritumq; uidere nequimus.  
 Ridetis? Num nos uultis nouisse colorem  
 Antiphrasin, iuxtaq; illam prorsum omnia dici!

Sic caput excellens regni cognoscis opinor.  
 At nosses melius, si Romæ & limina circa  
 Annos hæreres aliquot, coramq; uideres.

**Cardinales.** Cætera nunc regni dicamus membra, uirosq;  
 Rational. di- Egregios, quorum nutat sub pondere mundus,  
 minor. Quos caput in partem creat, assumitq; uocatq;  
 Sollicitudinis Imperij: sed plena potestas  
 Confertur nulli. Sunt primi, precipuiq;,  
 Magnificum quibus est fictum de cardine nomine,  
 Hinc, quod in illorum uoluatur ianua regni  
 Cura, & consistat. Papa quorum ex ordine sacro  
 Eligitur,

Eligitur, tantiq; est horum electio regis.

Suntq; omnes docti fermè, clariq; parentum

Stemmate: sed fauor & generis cognatio s̄ape

Tollit & indoctos, fatuosq;. hi si quidem honorē

Ex solita uita nurquam traherentur ad illum,

Possent esse boni fortasse uiri, atq; parumper.

Solius attente spectare negotia Christi.

At sic non possunt: nam corrumpuntur honore,

Ilicet ut querant huius modò commodare regni.

Quin mox iure etiam iurando adiunguntur eodem,

Ne possint ausintq; aliud quam nocte dieq;,

Regni ad tutelam totas impendere curas.

Et primum, ne quid Papa fors patiatur acerbi,

Ne minuatur honor, ne regnum iurāq; perdat:

Dein, ne quid regno decedat, ne quid & ipsis

Decretis, ritus ne qui, aut ceremonia quamvis

Impia mutetur. Sic horum tutus ubiq;

Præfidijs operaq; Papa est, atq; omnia seruat,

Quamvis perq; dolos & per mendacia parta.

Ergo à consilijs habet hos, retinetq; fideles:

Discerpi mallent, digitum quam cedere latum.

Hos quoq; legatos ad reges mittit, & urbes,

Et populos, & ad imperij collecta Ducumq;

Concilia, ut mentes cunctorum discat, & una

Res agat ipse suar. tunc uel lachrymabile bellum,

Vel pacem suadet, rebus prout utile cernit

Esse suis: quædam uel iura tuctur iniqua,

Deq;

Deq; agit hæreticis radicitus extirpandis,  
 Subsidium ue petit Turcarum nomine falso,  
 Fœdera uel iungit noua, concordes ue reuelli.  
 Occurrit populus uenientibus, atq; senatus,  
 Atq; ipsi interdum Reges. At rasus et unctus  
 Omnis, prælata cruce, cum rectore scholarum,  
 Vestiti lino. Toto mox corpore sese  
 Incuruant omnes, uitam pacemq; precantur,  
 Et læto tandem deducunt carmine patres.  
 Qui digitis facta cruce demirantur inertis  
 Stulticiam populi, quum nil rectiq; boniq;  
 Sese adferre sciant, nihilominus usq; superbi  
 Stultitia populi, indignoq; fruuntur honore:  
 Magnaq; incedunt pompa, Tyrioq; refulgent  
 Ostro, puniceis clari tectiq; galeris.  
 It magnum famulorum agmen, muli atq; caballi  
 Regisico instrati luxu, phalerisq; decori,  
 Quin etiam uacui partim sessoribus. Hæc et  
 Romæ pompa uiget: splendor uitæ, atq; libido  
 Magna, nihil non indulgent carniq; gulæq;,  
 Ad nihil ut iures aliud quam talia cretos.  
 Ut sumptus habeant largos, et uiuere possint  
 Culmine pro tanto, capitiq; haud esse pudori,  
 Fermè ex diuitibus modo, præsulibusq; leguntur.  
 Sed non sufficiunt reditus, nec splendida quamvis  
 Quis uiuebant laute olim patrimonia. Tantos  
 Perficiunt sumptus, rerū tam immēsa uorago est,

Cardineum

Cardineum postquā cupidi apprendēre galerū.  
Artibus ergo opus est capitū pro more supremū,  
Aucupioq; aliquo. Præbendas mense Papali  
Inuadunt pingues, monachorum ditia captant  
Cœnobia, ex redditu sibi uti non paucā reseruent.  
Sic faciunt & Preposituris pendet ubiq;  
Hamus, ne luxu quā destituantur iniquo.  
Forsitan hosce tamen populis regnisq; uiciſſim  
Magnum aliquid prodeſſe putas, ut nō sit iniquū  
Vndiq; eos prædas agere. Erras ô bone, nulla  
Ex ijs utilitas manare soletq; potestq;  
Mortali cuiquam, certis niſi forsani amicis.  
Sunt onus inuisum populis, alienaq; tantum  
Ingluuie tetra rapientes pabula fuci.  
Addicti capiti sunt: huius commoda ſolum  
Sollicitè querunt, nulli ſunt cætera curæ.  
Intereat regnum, pereat gens barbara prorsus,  
Armorumq; feri dominantur ubiq; tumultus:  
Non huius faciunt, rident, ronchisq; dolorem  
Teſtantur. Sed muſca illos ſi mordeat una,  
Coelumq; inclamat, terramq; hominesq; deosq;  
Seq; pati Domini pro ecclesia acerba querūtur  
Nil omnino tamen pro illa patiuntur acerbi,  
Quam non nouerunt: uerūm pro iure Papali,  
Pro ditione aliqua, pro ritibus, atq; farinæ  
Decretis huius, pro quīs ſunt cuncta parati  
Ferre mala. Vnde errant, rubros idcirco galeros

c Qui

Qui gestare putant, ostroq; incedere laxo,  
 Sanguine quod proprio Domini tutentur ouile.  
 Falsum est. nil illis cum Christo, aut eius ouili.  
 Pro luxu pugnant, et falso iure parentis:  
 Proq; solent opibus tenerum fudiſſe cruxorem.  
 Hos parat in cunctis fermè regionibus ille,  
 Si quos insignes nouit, rebusq; fauentes  
 Romanæ sedis, proq; ijs pugnare paratos,  
 Aut scriptis doctis, aut lingua et uoce, manuq;  
 Illi theſaurum nactos se rentur opinum,  
 Prorsus et humanum ſic exceſſiſſe cacumen:  
 Quum non illorum querat uel curet honores,  
 Tutelam utrum ipſe ſuam, rtrumq; ſuarum:

D. 19. **E**nim Luxuria adiutus quorum, uitamq; probroſa,  
**uero.** Effecit fidei ſpeculum, atq; imitabile Romanam  
 Scilicet exemplar: ſi nempe in Tartara reſta  
 Ire uelis, planè et cœleſti excludier aula.  
 Officium uitamq; tenes, habitumq; virorum:  
 Ecquid Apostolicum, et uerè laudabile cernis,  
 Vel quod doctrinæ Christi conſentiat illa  
 Ex parte? An ſumma certant quod regib. omnes  
 Luxuria: quod alunt mulos, comptosq; caballos?  
 Quod laute edificant et magnis ſumptib. adēſſ  
 Ignoræ Christi poſſunt hæc omnia gentes:  
 Riderentq; altum meritò, ſi tale uiderent  
 Christigenas inter germen, talemq; ſenatum,  
 Cuius sancta ſoret commiſſa Ecclesia curæ.

Nunc et.

Nunc & præsulib. Iudum inspiciamus oportet: Episcopi.  
Talibus at solum, quales Germania nouit.

Hi populum Christi deberent pascere uerbo,  
Vitaq; exemploq; & doctrina esse potentes,  
Virtutumq; choro reliquos præcellere fratres,  
Pupillis uiduisq; attentam impendere curam,  
Pauperibusq; simul, ueterū ut uestigia monstrat,  
Et decreta docent. Verum inuersa omnia cernis.  
Principis assumūt nomen, titulumq; tremendum  
Continuò: magnum spirant, rebusq; prophanis  
Toti immerguntur, Pauli mandata uetantis  
Pendentes nihil. Vicos, castella præaltis  
Montibus imposta, & multas ditionibus urbes  
Quisq; tenet, gladioq; regit, gladioq; tuetur.  
Ipse locum munita aliqua sibi legit in arce,  
Longè à doctrina uerbi, populiq; remotus  
Cōspectu hic sicut libet, atq; ut principe dignum  
Vita agit, in noctis alijs sua munia credēs, (est,  
Spermologis rabidis, qui concilia atq; Paparum  
Decreta obtrudunt populo, & clamorib. implēt  
Omnia, contra illos quorum est fiducia Christus  
Uncia, & illius credunt se morte redemptos  
Aeternum. At bonus is princeps et episcopus una,  
Obrutus insana modo sollicitudine rerum  
Mundanarū, haud quit curare negotia Christi;  
Inmō non audet, nisi non periurus haberi  
Tantū sustineat, uerū hæreticus quoq; nec non

D. 84. Perue  
nit.  
D. 25. Primū  
D. 36. Qui. et  
Si quis. 12. q.  
2. Gloria. 16.  
q. i. Quoniam.  
Con. 11. q. 1.  
Te quidem.  
& 12. q. i.  
Clericis. &  
sequētibus.  
Con. D. 88.  
episcop. per  
latum.  
Con. D. 41.  
episcopus.

Turpiter à summo detrudi culmine præceps.  
 Horribili siquidem forma iurare coactus  
 Obseruare Papam sicut caput, atq; tueri  
 Illius excelsam sedem, ritusq; fidemq;  
 Et decreta patrum, culmumq; haud cedere latum  
 Doctrina à solita, queis uult sanctissimus ille  
 Fruola cuncta, superstitiones, ludicra, fraudes,  
 Aduersos fidei cultus, uitamq; scelestam  
 Rasorum, & cōprena uno reliqua omnia fasce,  
 In libris alijs quorum pōst mentio fiet,  
 Atq; hanc ob causam, ne quid decedat & ipsi,  
 Et membris alijs. Scit quod mendacia pascant  
 Seq; suosq; omnes, nihil & lucrosus unctis  
 Quām populum esse oculis captum, ueriq; pijs  
 Scire nihil, sine sed discrimine credere quiduis.  
 Nequaquam ergo Papæ iuratus episcopus audet  
 Rem Christi gerere, aut oculos intendere uero,  
 Directamq; uiam populo monstrare salutis,  
 Vel mutare superstitiones, uel modicum quid  
 Tollere: cognoscat quamvis esse impia multa,  
 Nec tolerare alium monstret qui recta popello.  
Archiepisco-  
pus Coloni-  
ensis. Cœperat hoc præsul uenerandus tempore quidā,  
 Absternere nebulis recte cognoscere Christum,  
 Quidq; mali fieret pietatis nomine passim.  
 Quare commotus, quædam emendare parabat,  
 Inq; statum mutare pium uitiosa, Deoq;  
 Aduersa, & cultus, ritusq; modumq; docendi.

Ut res facta palam, monachorum turba sacroru  
 Spicula figebat mendacia, clerici et ipsi  
 Scribebant libros, acuebant ora sophistæ.  
 Quin et consulti legum quam plurima nosse  
 Velle uidebantur, quid rectum, quid secus esset.  
 Demum res uenit Romanam sanctissimi ad aures:  
 Qui cernens toti uentura pericula regno,  
 Ad synodum lectam, inualidumq; senēq; citauit  
 Terram in longinquam. cuius molimina saeuia  
 Ille uidens, simul insidiis moresq; suorum,  
 Quod pacto nullo possent ad sana reduci,  
 Sponte resignauit, cedens tantum alteri honorē.  
 Hoc nullus faciet, cui plus mundi huius honores,  
 Cui splendor uitæ, et dignatio magna, Papæq;  
 Est curæ fauor, ac pietas, Christusq; redemptor.  
 Vnde reformidat censuram quisq; Papalem,  
 Atq; magis cunctas intendit sedulo uires,  
 Quicquid re uerboq; potest, curaq; uoraci,  
 Seruat ut, placeatq; Papæ, cunctisq; Papistis.  
 At quisquis studet hoc: quo pacto cernere seruus  
 Vera queat, Christiq; unius querere laudem?  
 Quin nil se debere putat Christoq; Deoq;  
 Non iuratus enim his est uerba in atrocia, sicut  
 Pontifici; nec ab his sperat nomenq; decusq;  
 Quid prodest igitur plebi, qui falsa tuctur  
 Grattam in alterius, uicosq; urbesq; gubernat  
 Solum, nilq; docet, patitur nec uera doceri:

## 38 Regni Papistici

Praesul's officium exequitur nullum, sed in arce  
 Abronis uiuit uitam, luxuq; pigroq;  
 Ocio? adhuc tamē baud sapimus, sed mira puta.  
 Sancta sub inuersis adeò latitare Silenis. (mus  
 Luxu diffluere, et uicos urbesq; tueri,  
 Cornipedes alere insignes, equites peditesq;  
 Innumerous, uenari, et terrori esse popello,  
 Turca potest, princepsq; prophanus quilibet. An  
 Hoc satis esse putas, quod festis sacra diebus. (au  
 Interdum faciunt? Hic uero pompa, frequensq;  
 Exoritur strepitus, surgunt spectacula plebi,  
 Accurrit uisum tantorum ignara iuuentus,  
 Non sacra perceptum diuini oracula uerbi.  
 Interea à multis ornatur episcopus intus.  
 Reb. opus bis septē habet, absq; quibus sacra ritē  
 Haud fecisse potest: aliqui ter quinq; requirunt,  
 Mercata addentes non parua pallia summa.  
 Sandalia inducit primum, quæ serica noris.  
 Dein humerale capit, talaremq; illicet albam,  
 Quæ candore queat fluuialem uincere cygnum,  
 Tenuia quam circa substringūt cingula lumbos:  
 Hinc stola collū ambit (longa est et serica fermè  
 Fascia) quæ postquā transuersam pectora circa  
 Sancta crucem fecit, retinetur cingulo et ipsa.  
 Mox tunica induitur hiacynthina, quā super inde  
 Haud grauis iniisci ur manicis dalmatica curtis.  
 Post teneras manuum thecas inducit et aptat.

Pluri-

Plurimus hinc digitos thecas super annulus am-  
 Aureus, inclusis gemmis, charisq; lapillis. (bit  
 Hæc super assunit casulam ( miranda figura  
 Vestis, scutatæ similis post terga rubetæ)  
 Ante cruce et retrò pictam sudaria post hæc  
 Albacapit, crassoq; annexit pallia collo,  
 Per magni precij, retrò pendente cucullo,  
 Fulgidus extremitum nodus quem claudit et ora  
 Mitra biceps illi post hæc imponitur, auro (nat.  
 Gemmisq; insignis, gemina ex quatæniare retrò  
 Dependet baculus capitur post cuncta, recurvus  
 Parte in supremæ, gemmis qua fulget et auro:  
 Pars reliqua argeti haud solido perfecta metallo  
 Ne teneras forsitan palmas grauet atq; fatiget. (est.  
 Quis Deus hos docuit, quis Moses, quæ ue Sibyl.  
 Induere has uestes, atq; hoc procedere cultu? (la.  
 Postquam olim clausere libros, manusq; docendi  
 Mandarunt statuis, uentreñq; sequentibus unum  
 Spermologis cæcis, quodcunq; et præsulis esset  
 Officium, puduit curare diutius ipsos  
 Magnis intentos rebus, curisq; prophanis:  
 Tales finxerunt iucunda per ocia nugas,  
 Queis possent stupidæ nimirum illudere plebi:  
 Ut quos sic cultos gemmis et cerneret auro,  
 Ridicula et uestis specie, pompaq; uenusta,  
 Magnum aliquid, superoq; emissos crederet axe,  
 Aq; ipsis emeret uitam, ueniamq; reatus.

Ast ipsi prorsus ne delirare putentur,  
 Exponunt quid quæq; notet, doceatq; figuræ.  
 Mosaicæ uestes quasi, diuinæq; figuræ  
 Exponant, & non humani pægnia cordis.  
 In sanctam cum significatis atq; figuris  
 Rerum, quas fingunt mortalis uana cerebri  
 Somnia, peruersæq; adeò deliria mentis,  
 Doctrinam, in sacras adportet episcopus ædes,  
 Non aurum & pompā, habitus nō mille figuræ:  
 Ex templo archestram faciat ne, néue theatrum.  
 Sed fermè totum uideas constare Papatum  
 Talibus è nugis, ut post paulo ipse uidebis.  
 Sic tandem armatus procedit episcopus, aram  
 Accedens summam, dirumq; tuens, nimiumq;  
 Austerum: cui uix pondus concedit amictus  
 Respirare aliquid, lentoq; incedere passu.

Quis tū cōmemorare queat, quo singula gestu,  
 Quoq; ministrorum motu, cursu atq; recursu  
 Fiant? quanta caput celsum ceremonia tollat?  
 Nunc demit mitram capiti, post pauca resumit.  
 Estq; aliquis præstò qui sedulò curat utrumq;.  
 Nunc stat, nunc sessum uadit; nunc oscula libris,  
 Aræq; & patinæ, clausoq; ad talia uitro  
 Figit: nūc lœuam tenet, hinc dextrā occupat aræ:  
 Dein mediā ingreditur, mox lœuā rursus, & inde  
 In medio tandem finitur fabula campo. (nunc  
 Nunc meditabundus stat prorsum immobilis, &

Murmure

## Liber I.

41

Murmure secreto se circum uertit in orbem,  
 Nunc palmas pronas disiunctasq; iniicit aræ,  
 Mox iungit, sursumq; leuat, nunc tendit utrasq;  
 Orbis in aduersas partes, Boreamq; Notumq;  
 Cernuus aspectat nuc terram, et pauca precatur:  
 Erigit hinc se mox, oculos & tollit ad astra.  
 Mille cruces facit interea, & se signat abundè,  
 Ne dæmon aliquis petulans mysteria turbet.  
 Non minus astantes peragunt sua sacra ministri,  
 Puluinos libris substernunt sericeos, &  
 Multum thuribulis est illis usq; negoci.  
 Candelas, uexilla, cruces, curantq; feruntq;  
 Oscula codicibus figunt, manibusq; humerisq;  
 Ipsiq; altari, patinam tenet unus in altum,  
 Sericeo tectam uelo, post terga resistens.  
 Dehinc aliis subito ad plebem cōuersus, in aures  
 Horrendum clamat peregrina uoce Catonis,  
 Ex omni populo quod uix intelligat unus.  
 Quod rerum caput est, solus comeditq; bibitq;  
 Præsul, nec partem cuiquam largitur & optat:  
 Nec uellet quisquam, tanti hæc mysteria pendūt.  
 Omnibus ex his quæ populus nā carpere fructū,  
 Cōmoda quæ ue potest: mera sunt spectacula ua  
 Et fatuæ attonitæq; adeò miracula plebis. (na,  
 Nec tamen hoc maius uideas, aut sanctius ullum  
 Officium, nec habet meliora sacra ulla Papatus.  
 Quid speras igitur? suni' ne hæc pietasq; fidesq;

c s Hæc-

Hecce mandauit summus docuitq; magister?  
 Inspice scripturas Christi mandata reuolue,  
 Morē & Apostolicū primis scrutator ab annis,  
 Quem scriptis actuq; aeo liquere sequenti.  
 Nil tale inuenies Baptisma, sacramq; synaxim  
 Simpliciter cultu seruarunt semper eodem.  
 Nec se ridiculos gestu fecere prophano,  
 Nec strepitu et turbis magnos egere monarchas.

**Heripolen si episcopo.** Quid quod nonnullis gladius praesertur ad arā,  
 Atq; inibi erigitur, populus quo norit & illis,  
 Vt pote principibus, perimendi iura tributa?  
 Quis furor hic? placida quid' nā facit ensis in arā?  
 Pacis ubi debent tractari mystica sacra,  
 Illic ostentant funesti symbola belli.  
 Debet ubi tradi iucunda remissio culpe,  
 Illic vindictam praesul, cædemq; minatur.  
 Praeclarum uero est, diuina humanaq; iungi.

**S. q. 1. Qui e-  
 piscopatū.** Qui possunt autem? Praeclarus episcopus esset,  
**D. 36. Si** Si ueterum fese gereret præscripta secundum,  
**quis. D. 84.** Et procul à gladijs, cunctisq; recederet armis,  
**eruerit. L.** Et sua principibus sacrorum linqueret actor.  
**7. Non o-  
 mnes. D. 45.** Valde equidem miror, quod diuersissima iungi  
**Quid autē.** Sperarunt posse, & tam pulchre balthea mitre  
 Cōgruere. ut Mosen si quis, Christumq; in candē  
 Personam formet: quorum hic deponit acer bus  
 Arma, minisq; gerit, gladioq; sua: ille recondit  
 Ensem, uimq; suis omnem interdit & arma.

Hic coll.

Hic condit leges, poenarūq; apponit atroces:  
 Ille suos cunctis absoluit legibus, una  
 Contentus, culpamq; remittit, donat & auferit.  
 Hic est uindictæ princeps, mortisq; minister:  
 Ille auctor pacis constans, uitæq; repertor.  
 At quondam ille Anius fuit & rex atq; sacerdos,  
 Scilicet huc rerum peruenimus, ut sua gentes  
 Tradiderint nobis iura, illarumq; sequamur  
 Stultitiam & ritus magis immò stulta subinde  
 Fingamus, quam habuere illæ Christi irrita cōtrā  
 Cuncta uides, tantumq; illum irridere uidentur.  
 Quò feror extra oleas? Non stulta refellere nobis  
 Propositum, quæcunq; gerit sine frōte Papatus:  
 Sed tantum recitare ignaris antè sacrorum,  
 Ut delectamentum habeant, tollatq; cachinnum.  
 Sunt alijs quoq; qui regum uersantur in aulis,  
 Pulchrius idq; putat quam uerbo incubere dio,  
 Doctrinaq; Euangeliū uiles cere pura.  
 Sunt à consilijs, & maxima quæq; geruntur  
 Horum opera, scribis præsunt, legantur ad omne  
 Concilium imperij, præclaræ quoq; uocant res.  
 Præfecti annonæ duri sunt tempore belli,  
 Aut aliud magnum curant, & principe dignum.  
 At uero mirum, cur horum regibus usus:  
 Ceu desint laici clari, rerumq; periti  
 Vsu, tum docti diuina humanaq; iuræ  
 An sua narrari cupiunt molimur Romæ?

Consilijs

Consilijq; nihil, nihil & remanere secreti  
 Intra aulæ limen fidis commissum & amicis,  
 Quod non continuo norit sanctissimus ille,  
 Cui sunt iurati, quiq; & periuria soluit  
 Cætera? Dein quod habet tādē res publica pignus  
 Syncere fidei, & spectantis commoda regni  
 Consilij: quando ijs nec nati sint, neq; coniunx,  
 Nullaq; tangat eos charorum cura nepotum,  
 Nec proprias habeant ædes, nec prædia: uerum  
 Plantis infistant alienis, liberi ab omni  
 Perdendarum cura & sollicitudine rerum?  
 Corruat ergo licet mundus, regnumq; uiriq;  
 Dispereant, pars nulla tamen discriminis illos  
 Tangit. mox extra teli secedere iactum  
 Possunt, & res è tutis spectare latebris.  
 Felix, in qua non uersatur episcopus, aula. (do:  
 Huc nāq; haud sunt creti, et eos hoc nō uocat or.  
 Hinc sub eoru nil bene quid succedere dextra.

Suffragæ  
nei.

Præsulibus magnis est Suffraganeus uni-  
 nei. Cuiq; unus, cuius rationem nominis augur  
 Vix dicat. certè alterius curatq; facitq;  
 Munera: confirmat pueros, & dedicat aras,  
 Templaq; tam priuata uiri quam publica plebis.  
 Consecrat omne Papale genus, populisq; perun-  
 Donat pastores: oleūq; triplex, sed & undā (etos  
 Baptismi, lapides, ignemq;, & cætera multa  
 Sanctificat, magno & campanas tingit hiatu.

Talcs

Tales fabellas agitat mercede parata:  
 Attamen haud tanta, quanta olim Roscius egit.  
 Hic titulum sibi emit centum, uel fortè ducentis,  
 Cuiusdam externe ac uastatæ ecclesie in ipso  
 Turcarum imperio: quò non accedere, nedum  
 Præsulis officio fungi, populosq; docere,  
 Tum sit. tamen is falso se iurat iturum  
 Illò, & facturum sua munia, cœu bona pax sit;  
 Et tolerent Turcæ. At non fert res ista periculum:  
 Nunquam animi ille huius fuit, iret ut, atq; doce-  
 Christiq; ad caulas errantes duceret agnos: (ret,  
 Ociasd, uitamq; magis spectauit inertem.  
 Quare à iure statim iurando absoluitur illo:  
 Quò lubet ire potest, titulo præclarus inani,  
 Atq; uices gerere alterius conductus in annum.  
 Hæccine ridicula, & cæci ludibria mundis  
 Hic quoq; præscriptis uerbis iuratus ab ortu est  
 Ad decreta tuenda Papæ, atq; Papalia iura.  
 Quare si interdum diuini pulpita uerbi  
 Docturus sc̄adit (quippe absq; hoc munere uix se  
 Sustentare potest) mox se demonstrat honorem  
 Non Christi prorsus, miseræ nec cōmoda plebis,  
 Sed spectare Papæ, suaq; imperijq; Papalis.  
 Hinc à iuratis semper multumq; cauendum.  
 Non possunt etenim dominis seruire duobus,  
 Præsertim si dissideant, diuersaq; mandent:  
 Ut diuersa Papam notum est, & tradere Christū.

Quid

Quid si ridiculos actus, quum dedicat ædes,  
 Aut agit officium que poscit cætera sanctum,  
 Commemorem? res lōgā est, tantū pauca citabo.  
 Democrite huc adsis, magni sunt ista cachinni.  
 Omnibus eieclis alijs ex æde dicanda;  
 Aeditius solus cœtè concluditur intus,  
 Claudunturq; fores, ardent & lumina bissex  
 Ante cruces, bis sex intus; sed episcopus extrâ  
 Magna consueto pompa uestitus amictu,  
 Cōsecrat adiuncto sale aquā (utrū à gētib. an'ne  
 Iudeis ritum hunc tulerint, non sat mihi constat)  
 Simplici aqua certè utebatur ad omnia Moses)  
 Circuit inde adem ter, terq; aspergine muros  
 Ttingit, terq; fores baculo isto pulsat adunco,  
 Horrendum clamans ex Psalmis, Tollite portas;  
 Nempe habitare putās sexcentos dæmonas intus.  
 Aeditius contrâ pro illis respondit atroci  
 Voce: Quis est rex iste? ac ceutandē inde recedâ!  
 Dæmones, ædituo reserante nouam intrat in æd.  
 Cum paucis, forsitan dignis mysteria tanta  
 Cernere, & exclusis indignis atq; prophanis.  
 Inuocat hinc diuos, lustratq; solum, atq; figurâ  
 In sparsa cruce de cinere: aut, si desit, arcna.  
 Tum quoq; literulas depingit ritè latinas,  
 Et græcas inscitat, & multo peius hebræas.  
 Mox alias excantat aquas (nam nil ualet ultrâ  
 Illa prior) uinumq; & sal, cineremq; minutum,

Ritibus adiunctis ut summam consecret aram.  
 Postremo inde cruces bis sex confirmat, & ungit  
 Chrismate. Sic uero quoduis altare dicatur.  
 Seper aqua benedicta, atq; ijs quæ diximus ante,  
 Est opus. inde cruces unda per cornua pingit  
 Quattuor altaris, quod post hæc terq; quaterq;  
 Circuit, aspergens mensam quoq; terq; quaterq;  
 Angulus inde crucis signatur quisq; sepulchri  
 Signo (porro sepulchrū est, quadrāū arte foramē  
 Sub mensa) sacroq; linitur chrismate dextre.  
 Ex in reliquias includit, granaq; thuris  
 Paucula, mensa in quinq; locis post illa linitur,  
 Non oleo solum toties, sed chrismate sacro.  
 Postremo ut pueros olim confirmat adultos,  
 Altaris cruce ita &c confirmat chrismate fronte.  
 Sunt' ne hæres magna, sunt' ne hæc mysteria mira  
 Hos fatuos ritus pepererunt ocia nobis  
 Doctorum quondam, & uesana superbia, prese  
 Qua cōtempserunt populu, atq; huiusmodi uanis  
 Fecere attonitum. Similis ceremonia gliscit  
 Quum raforum auget turbā, plantasq; nouellas  
 Inserit imperio. Stant nomine quisq; citati,  
 Vestiti lino, uestis quæ dicitur Alba.  
 Inquirit presul, iusti an sint, atq; probati,  
 An quoq; sint docti, digniq; ut sacra capessant.  
 Respondet summus clara mox uoce minister,  
 Et doctos dignosq; esse omnes, atq; probatos:

Quo sit.

Quos tamen haud antehac uidit, nec nomine no-  
 Mox Acolutho porrigitur lychneio ab ara, cui.  
 Non sine candelae uerbis multisq; docetur,  
 Officij esse sui in templo succendere lumen,  
 Ferre q; lychneion datur urceolus quoq; in anis,  
 Sacrifico ad missam sancte quo uina ministret.  
 Hæc ille haud unquam facit, et nullus locus usquæ  
 Curet ubi quin quisq; etiam sine ritibus hisce (et)  
 Hæc eadem præclara facit, curatq; prophanus.  
 Huic tamen idcirco primus de uertice cinnus  
 Demitur, atq; coma prohibetur uiuere longa.  
 Accipit exorcista librum, pariterq; monetur  
 Discere contenta in libro, cacodaemonas atq;  
 Pellere ab obsecisis collato iure potenter.  
 Discere proposuit nunquam is, nec codicis unam  
 Litterulam cernit, nam clausus porgitur illi,  
 Clausus et exemplò rursum portatur ad aram.  
 Daemonas expellit nulos, tentare nec audet,  
 Nullaqueq; collati restat fiducia iuris.  
 Accipit et lector tum sacrum forte uolumen,  
 Pralegat ut populo diuini semina uerbi.  
 Nil legit, interdum nec scit, nec discere curat.  
 Non locus est certus, non hora statuta legendi.  
 Ianitor instructus quo pacto degere uitam  
 Debeat, acceptum post munus scilicet ingens,  
 Templi contrectat claves, adq; ostia funem  
 Magno cum risu trahit. hinc je disicit habere

Claudem

## Liber I.

49

Claudendi templum, seruandiq; omnia templi  
 Sacra potestatem, deuotos q; atq; prophanos  
 Arcendi à sacris, atq; æramenta mouendi.  
 Hic quoq; nil horū facit, aut permittitur usquā,  
 Quæ tamen ingenti sunt quasi seria motu,  
 Quum risum nequeant mystæ retinere nouelli,  
 Rideat et multo magis hæc stultissima plebes.  
 Omnia quid dicam? piget hercle, pudetq; referre.  
 Talib. et calatum terere, et consumere tēpus.  
 Omnia tradendis libris et uestibus illa  
 Cōstant sacra, stolaq; aptāda humeris uel utrisq;  
 Aut uni tantum. Dependet fascia lœuo  
 Omnibus à cubito reliquis, digitiq; linuntur  
 Sacrificis, et præsulibus uertexq; manusq;  
 Et pollex. Hic uero adhibetur cura, labosq;  
 Vnguinis ut ne quid stillet, crasse ue perunctis  
 Partibus hærescat: digitos sed quisq; sacerdos  
 Affrictu siccet primum, dein tergit arena,  
 Aut cinere. è furno calidus raptatur ad aram  
 Panis, et inde frequens fit lamina lata, peructus  
 Præsulis ut uertex pingui siccetur ab omni.  
 Tam sunt solliciti nihili de rebus, ut hora  
 Nulla relinquatur fidei ueroq; colendis.  
 Quando baptizant campanas, ferreus est quis,  
 Qui risum cohibere queat: quin nō manu utraq;  
 Auriculas asini fingat: qui pectore toto  
 Non indignetur, lucrosis artibus illuc

d

Rem

Rem rediſſe, ut baptiſmi uenerabile ſignum,  
 Q[uo]d nos in Christi demōstrat caſtra receptos.  
 Reſ anima ſenſuq[ue]; carens ante ora prophetæ  
 Noſtra, atq[ue] auctore id magno, miroq[ue]; paratu.  
 Undiq[ue]; uicinus poſtulus concurrit eodem,  
 Omnis unuſa cupido eſt h[ab]et ſpectacula uidendi.  
 A templi illius p[re]fectis iam antē rogati  
 Adſunt compatriſtes culti, terſiq[ue]; ſupremē.  
 Complures ad tantū olim ut legerētur honorū  
 Pr[ae]uenēre rogando ipſi. nec paruulus horum  
 Eſt numerus, centum fermē, perſæpe ducenti,  
 Tercentum quoq[ue], ſi campana eſt magna, locuſq[ue]  
 Inſignis. Tandem procedit epifcopus arr[ig]is  
 Spectandus ſolitis, preculis & consecrat undam  
 Cum ſale: quippe ſine hiſ tantus nil efficit autor.  
 Multa, licet clara luce, ardent lumina circum.  
 Cetera postquā egit precibus, procūbere mādd  
 In genua aſtantes, orareq[ue], uti campanæ  
 Baptiſmus proſit, contraq[ue] pericula forteſ  
 Tinnitum mittat. poſt h[ab]et campana linitur,  
 Partibus in quibus eſt uifum, quotiesq[ue], chorago  
 Nō enim idem obſeruant omnes. tum poſtulat e[st]  
 Illius nomen(nomen quippe inditur illi,  
 Ut puero) quod cum didicit, perfundit abundē  
 Baptiſmuſ ter aqua, ſacro dein chriſmate signat  
 Depictis crucibus: mox illi linea ueſtis  
 Candida ceu puero iniſcitur. tum maxima uero  
 Comp[ar]

Compatrum cura & certamen surgit ineptum,  
 Ut tangant, sacriq; leuent de fonte lauaci.  
 Sed nequeunt omnes circum contingere dextra;  
 Ergo funiculis retinent, tanguntq; leuantq;  
 Quamlibet extremi, satis istud nempe uidetur,  
 Seq; suo censem perfunctos munere belle.  
 Demum filiolæ timetæ manuscula donant,  
 Aurum, aut argentum, uult diues quisq; uideti,  
 Atq; alios superare slipe. hæc res cōmoda porrō  
 Præfectis templi est, turrim ut tollatur in altū.  
 Hinc conuiuantur, quod sit campana renata.  
 Lucem illam celebrant, uino, lusu, atq; choreis,  
 Et uomitu & pugnis, omniq; libidine gestus.  
 Quid nam aliud quæso uidisti stultius usquam  
 A' magnis paruisq; geri, sub schemate sancto:  
 Summa, nihil gerit in re Suffraganeus ulla,  
 Quod non sit risu dignum, digitoq; crepante.  
 Deme aspergillum & gestus, oleumq;, uel illud  
 Appellare solent quod Graio nomine chrisma:  
 Exarmasti hominē, quod agat iā nil ualet ultrā.  
 Utq; Papis cum Cardinibus fastuq; superbo,  
 Præsulibusq; illis opulentis, sic genere isto  
 Absq; carere potest damnis Ecclesia Christi:  
 Nam sunt de decori dam noq; oneriq; popello,  
 Vnum hoc curantes, ut Christi gloria densis  
 Condatur tenebris, & nil sciat utile plebes.

Cōsistoria.

**F**orsitan expectas ut consistoria dicam,  
 Imposturarū calidas, fraudumq; tabernas,  
 Curua ubi propositis nummis rectissima fiunt,  
 Rectaq; curuantur: nigrum mutatur in album,  
 Et nigro rursus resplendent alba colore,  
 Illi uicunq; libet, donis qui certat et auro.  
 Tanta est scribarum patronorumq; dolosī  
 Calliditas genij, tanta est sollertia causas  
 Tractandi in longos ea causa reponitur annos,  
 Vnde nihil præde, cui pauper contigit actor,  
 Assiduo uel qui dando fit munere segnis.  
 Dando expurgiscunt tandem, causasq; resumūt:  
 Et tantisper agunt rursus, dum munera durant.  
 Iusticia hic rara est, nisi quā unā promouet aurū.  
 Hoc siquidem grauitate sua splendoreq; uincit  
 Ius omne atq; æquū, et lance depresso utramuis.  
 Coniugia hoc pacto dirimunt, connexa secundū  
 Diuinās leges: connectunt rursus iniquē,  
 Quæ sine consensu constat contracta parentum,  
 Vel uicioſa alijs de causis. Tum quoq; cause  
 Sermones cogunt uarios, actusq; referre  
 Non adeò castos, nec quos casta audiat auris:  
 Hinc risus illis, atq; oblectatio grata,  
 Ut iures illos huiusmodi quærere tantum,  
 Ut castis saepe exhilarent sanctissima corda.

Si forte in furto prendatur adultera certo,  
 Deserat & lectum iusti insontisq; mariti,  
 Taurum alium in terras alias uel castra secuta,  
 Non alia insontis precibus permittitur uxor,  
 Enixè id quamuis caro resq; domestica poscat.  
 Cogitur incestam peregrinis querere terris,  
 Non sumptu interea modico, rerumq; suarum  
 Neglectu: quin & num quisquam uiderit illam,  
 Aut ubi sit sciat, in certis templisq; locisq;  
 Quærere publicitus prætoris ope atq; tribuni.  
 Si fuerit tandem inueniendi nulla facultas,  
 Altera uix mulier cōceditur, haud sine nummis:  
 Non pro uxore tamen. nā si post quinq; uel octo,  
 Vel plures redeat pulcherrima adultera messes,  
 Iam lassata uiris, tulit ut uaga cunq; libido,  
 Pristina iura capit, multum indignante marito,  
 Atq; aliam notam non dimittente libenter,  
 Vel natos propter pueros, moresq; pudicos.  
 Hec iura haudquaquā diuina uolumina tradūt,  
 Sed commenta hominum, & delirantēta Paparū,  
 Hic quibus immersus populus sordescit in æuum.

Est quoq; nō paruu tali de corpore membrū,  
 Ille æruscator catus Officialis, & huius  
 Prefectus ludi. Hunc places, huic munera dones,  
 Si quid confectum cupias ad uota negoci.  
 Hic tenet & torquet dirum pro Præsule fulmen,  
 Diuexatq; homines, aliquando nulla tametsi

Officiales.

Causa ad sit. Quare si quando forte citaris,  
 Haud leue fac munus tristem comitetur, abibis  
 Lætus, plusq; feres quam si iustissima prote  
 Quæq; habeas, et plena fauentis scrinia iuris.  
 Quis negat: argento quoq; corrūpuntur, et auro  
 Iudicia atq; forum plebeia sæpe cohortis.  
 Verum rasorum præcellit ubiq; cupidio.  
 A capite ad calcem regni huius lata uorago  
 Hiscit, et erumpit rapiens ad se halitus aurum,  
 Totius ut mundi ferè opes attraxerit: id quod  
 Quisq; uidet. non sic pullos uenatur ab alto  
 Miluius, aut leporis aquila insectatur inertes,  
 Ut genus hoc hominum nummatis retia tendit  
 Omnibus, infidias et plenis construit arcis.

**Canonici.** Porro ad Canonicos ueniamus. nobilis horum  
 Fermè est progenies: quandam doctisq; bonisq;  
 Solum, et si de plebe forent, locus iste patebat,  
 Qui populum uerbo poterant, operaq; iuuare  
 Omnis, acrorum quam debitus exigit ordo.  
 At postquam gazæ pepererunt ocia regno,  
 Ocia nobilitas spectans, mensasq; dapales,  
 Plebeios pepulit, quamuis doctosq; bonosq;.  
 Adq; relegauit minus uncta, et habentia mollis  
 Desidia minus. Hi gestant insignia cultu,  
 Pelles circum humeros inuersas, unde frequentes  
 Dependent caudæ. risu res digna, iocoq;.  
 Interdum nigris uadunt pro tempore cappis,

Ut lugere putas, luctus quum nullus & angor  
 Pectora leta coquat. Sese mirantur haberi  
 Pro deridiculo: sed quis non rideat hosce  
 Insanos cultus: quos si quis gestet inunctus,  
 A pueris largè cœno iaceretur, & ouis  
 Putribus, ad medicum ue illum cognati & amici  
 Helleborō ferrent purgandum terq; quaterq;  
 Hi uero egregios censem sese, atq; uerendos.  
 His nihil est quod agat, præter quod tēpore cer-  
 Templū adeunt, lino culti, cappis' uc, uel illis (to  
 Pellibus inuersis, gressu pro more superbo,  
 Atq; ibi Canonicas absoluunt cantibus horas,  
 Idq; sono uocis tantum, sine mente animo q;  
 Attento. Hæc illis omnis pietasq; laborq;  
 Pro quo magnificè uiuunt, turgentq; sagina.  
 Quid profunt aut populo: quem Ecclesia fructū  
 Percipit: hac tota an non posset gente carcerē  
 Tam bene, quam fici oculi, plantæq; podagra.  
 Quid facerent queso: qua nam merceretur opella  
 Victum tam lautū, Damasus si non Papa quondam  
 Canonicas horas primus finxisset, & unctis  
 Omnibus edito scemel imposuisset amaro;  
 Essent ne gratis plane, perq; ocia panem?  
 Ridiculo pro cultu essent duntaxat alendi.

Chorales.

Quin etiam est ubi fit, nam curauere tenelli,  
 Ne cantu assiduo præturgida guttura ledant,  
 Ut cantent alij: quos & dixere Chorales,

Qui septem absoluunt horas & cætera cantu  
 Condusti, qui nec sensum diuinaque uerba  
 Curant, aut capiunt: cordi est tantummodo merces  
 Parua licet, pro qua mirum quo tempora boatus  
 Concutiant alacres, sit quanta intensio uocis  
 Stentoreæ: credas multo insanire Lyæo,  
 Velleue propositum uictori tollere pignus.  
 Horum opera domini se se redimuntque, leuantque  
 Vixque horis taciti intersunt, missisque diurnis,  
 Suntque auditores tantum. Quin magnus est iste et  
 Molliculis labor. Ante focum confidere malunt  
 Fabellisque domi iucundis fallere tempus,  
 Non intellectis aures quam tundere Psalmis.  
 Et uicinaliter festis nisi tempora diebus  
 Non adeunt, quando nimirum certa cuiusque  
 Presenti datur, et spernenda pecunia nulli.  
 Vix tamen expectare queunt dum redditur illa:  
 Mox se subducunt, templerisque horasque relinquunt;  
 Conductis illis. Haec sunt curæ atque labores,  
 Pro quibus ex elemosynis pinguisima carpunt,  
 Et nitidas habitant ædes, Dominique uocantur.  
 Porro domi uolucres peregrinas, cercopithecos,  
 Accipitresque canesque tenent, comptosque caballos,  
 Et genium nullis curant fraudare cupitis:  
 Quod plerique omnes faciunt de gente Papali.

Curtisani.

Est genus inuisum quoque, quos ego Curtisanos  
 Accipio dici. Hi contemptis ante magistris,

Impro-

Improbitate cito, et fortasse parente relictâ,  
Romam perueniunt inopes, laceriq; misellè,  
Atq; inibi stabulis irrepunt sorte iubente  
Cardinei coetus cuiusdam, aut Præsulis alti,  
Cuius equos studiose, et longo tempore mulos  
Curant, interea uictu usi penè canino.  
Post annos donec multos, durosq; labores  
Mercedem domini tandem illis reddere, sed non  
De proprio, statuunt aliquam (nam tota Papalis  
Curia gratuitos famulos amat, adq; tenendum  
Promptior ac dandum est, et luxu mille ducatos  
Profusos nauci facit. at iam frigore penè  
Contracto, tunicam famulo uel reddere lénam,  
Iacturam censem: tanta est dilectio Romæ)  
Pressbyteros ergo faciunt de more creari,  
Instructosq; dolis, pariterq; diplomate, mittunt  
In patriam, qui ubicunq; uacantes mense Papali  
Pingues accipiunt præbendas (porrò sagaces  
Hic sunt mirificè haud proiecta cadauera uultur  
Tam citò odoratur, non tam citò transfilit ignis  
Ad naphthā, aut cōspecta uolucres noctua cogit)  
Mox adsunt, mensimq; allegant iure Papalem,  
Atq; animo tumido collata diplomata iactant.  
Contradicentilites et acerbâ minantur  
Iudicia, idq; foro in proprio, Romæq; ubi multū  
Iusq; Papale ualet, patroniq; optima magni  
Gratia. Quis lites querat, uel damna libenter?

a s Quis

Quis super incertis Romanum petat, atq; diploma  
 Vincat muneribus? (siquidem nil iure teneri  
 Posse liquet) nimis hoc animosi & diuitis esset.  
 Collator stupet, & tacite indignatur, ab illis  
 Iura sua infringi cedunt doctiq; boniq;  
 Talibus & Romæ nolunt contendere monstris  
 Non sunt contenti tamen una, diuite quamuis:  
 Inuadunt alias simili quoq; fraude, modoq;  
 Tam pro se, quam pro cunctarū autore patrono  
 Ut se exhibeant gratos ipsiq; patroni  
 Huius gratia habent omni in regione clientes,  
 Ut sibi præbendas aliquot uenentur opimas.  
 Nonnullis etenim hinc census suppletur, & arc  
 At Curtisani resident, curamq; locorum  
 Suscipiunt interdum: interdumq; hisce relicti  
 Atq; sibi pacto uersutè absentibus auro  
 Ad maiora parant se, Romamq; recurunt,  
 In mensesq; alios renouata diplomata captant.  
 Interdum uero sibi nil pro iure reseruant,  
 Omnia sed uendunt tacite, non inde Simonis  
 Horrentes crimen. nec enim illi iura, nec ullos  
 Mortales metuunt, uerum metuuntur ab omni.  
 Romæ duntaxat credunt, reputantq; timendos  
 Esse homines, ubi ceu propria uersantur haren  
 Sunt qui præbendas alia, miraqq; prehendant  
 Arte, diplomatibus sumptis, & mense notato,  
 Immunt aut habitum mendicos ruricolasq;

Aßimulati

Aßimulant, donec pateat templi' ue domus' ue  
 Ianua præbend.e. mox summa altaria scandunt  
 Omibus attonitis, quæ nam sint mōstra futura.  
 Atq; alij fiunt subito, dicuntq; Papali  
 Se iure illius templi cœtusq; uel aræ,  
 Nactos præbendas: seq; omnis uelle rogatos,  
 Tam collatorem quam alios, ne forte resistant,  
 Cōmaculentq; manus temere, Romāq; citentur.  
 Nam se uelle tenere manu, que cung; Papalis  
 Concessit sedes. Quid multas hoc nomine cūctos  
 Deterrent. Cedit collator, cedit ex ille  
 Cui spem collator fecit, uel contulit ante.  
 Romanæ horrori cunctis sunt nomina scdis.  
 Longinquas metuunt lites, noluntq; citari:  
 Cumq; uiris nibili, pariterq; audacibus, horas  
 Conterere, & nummos. Sic ingrediuntur & ades  
 Tanquam iure suo, mandantq; excedere, si qui  
 Incoluere prius, claves rapiuntq; tenentq;  
 Adiuuat audaces misso fortuna pudore.  
 Tu fortasse putas doctos, rebusq; præesse  
 Legitimè posse, & multum pollere docendo,  
 Ut non magna ferant ignotæ incommoda plebi.  
 Erras: sunt pauci docti, pars maxima prima  
 Vix elementa tenet, nempe ut quæ nuper equile  
 Deseruit, nullisq; unquam est detrita palestris  
 Grammatici cœtus, nonnulli idiomata lingue  
 Illius ignorant populi quoq; ut omnibus inde

Sint odio meritò Romanasq; insuper artes  
Deuouant omnes, pueri iuuenesq; senesq;;  
Ut quæ perturbent diuexentq; omnia paſſim.

## Pastores.

Sunt & pastores populi per fōrdida rura,  
Perq; urbes omnis, recto qui tramite munus  
Sunt illud naclī, partim docti q; boni q;  
Indocti partim, tali q; haud munere digni.  
Horum est officij, populis seruire docendo  
Atq; ministrando sacra. Si de gente Papali  
Plebibus utilitas aliqua emanare ualeret,  
Hanc hi præberent. Nec enim pigra ocia solum  
Sectari, sed oportet eos incumbere libris,  
Si modo ridiculi nolint, cæciq; uideri.  
Sed quoniam Papa subuertit ſemel omnia recta  
Inq; ſua infarsit confuſum membra uenenum,  
Hi quoq; nil pure tradunt, ſed mixta uenenis  
Omnia, quæ matris ſuxerunt ubere nempe.  
Somnia multa, ſuperſtitio[n]es, ludicra cultus,  
Impia cū quæſtu iuncta. Haud cōuertere poſſit  
Talibus imbuti ad Christum ſua lumina tantum  
Creditam & ad cœlum recta perducere plebeos  
Obſtat respectus Romane ſedis & autor  
Non contēptibilis Papa, ſed uenerandus & ipſi  
Regibus, & uulgò concordia magna docentum:  
Frangere non facile, tam crassa repagula ueri,  
Atq; reluctari proprio unā deniq; lucro.  
Nulla ſuperſtitio eſt, nulla impietas ſine quæſti-

Quapropter duratq; & mordicus usq; tenetur  
 Omnibus in terris. Hinc nil plebs utile discit,  
 Sed bibit à cunis ritus cultusq; prophanos, strāt  
 Horū opera. Quid, quod diuina & sacra mini. Agenda.  
 Humano confpersa luto, certumq; libellum  
 Sordium habent harum, à cuius cessisse tenore  
 Censent esse nefas. Sunt infecta omnia cœno,  
 Doctrina & ritus, maioraq; damna popello  
 Quām fructus et lucra ferunt. Nam cōcio uerbū  
 Non solum impure tradit, tractatq; sed illo  
 Sæpe intermisso strepit, expleturq; querelis:  
 Si quis detraxit, si non affecit honore,  
 Si decimas quis nec recte, nec tempore soluit:  
 Deniq; si qua illis à quoquam iniuria facta est,  
 Concio rixatur tantum, & conuicia dicit.  
 Sunt qui ruricolis referant pronostica rerum:  
 Qualis hyems, & est as, autumnus, quale futurum  
 Ver, qui frumentum uenturum, & uile legumen,  
 Fructusq; arborei, qualis uindemia restet.  
 Quin & de bellis, morbis & peste loquuntur,  
 Deq; alijs: quæ plebs socors attentius audit  
 Quam si de Christo, uel de pietate, fideq;  
 Differerent, factis ue bonis, legisq; uigore.  
 Nonnulli noua de Turcis, de Cæsare, uel de  
 Hispanis, Gallis, Venetis, Insubribus illic  
 Denarrant, auresq; expletant, horamq; docendi.  
 Maxima pars uero, simulac perfecta malignè est

Certe

Certa Euangeli pars, quam exposuisse decreta  
 Defunctos memorant, logos quos continet index  
 Vnde ferunt premium, simul & falsissima robur  
 Credulitas recipit, de filio animabus ab igne  
 Tollendis. Hæc est doctrina, hæc cura sacrorum.  
 Tū raptim peragunt missam, cœnatiq; prophandi  
 Hoc est, absq; fide, contenti more iubenti.  
 Cauponam porrò subeunt post prandia leti,  
 Cumq; ibi uicinis potant, luduntq; uel atros  
 Tractant sermones, obscenaq; uerba cachinno  
 Effundunt, superantq; altis clamoribus omnes.  
 Hi quoq; deberent horas persoluere septem,  
 Sed leuiter curant, nisi coram plebe, uirisq;  
 Magnis, ignotisq;. Ipsi spaciantur in agros,  
 Et segetes uisunt teneras, matura ue farra,  
 Aut congerronem sumunt quemcunq; loquach  
 Lucis & extente longas nugalibus horas  
 Fabellis breuiant. Ne noctes sint quoq; longæ,  
 Cuiq; domi scortum residet lepidū, atq; uenustū.  
 Hæc sunt officia, hæc uita est communiter horum  
 Spiritus electis pietatem inspiret oportet,  
 Et uel in extremis faciat comprehendere Christum.  
 Qualiter & nostros seruatos ante parentes  
 Arbitror, & mirè è tantis repuisse tenebris:  
 Horum opera certè haudquaquam seruabitur ullus.  
 Monachi. Dicite Castalides, Monachorum examina restat,  
 Sacrosancti huius non membra nouissima regni.

Hi uitam mundi prauam, casusq; perosi,  
 Vestitu sese stulto, certoq; colore,  
 Et perpendiculari uiuendi & gestuum amissi,  
 Cen non sufficiat solius regula Christi,  
 Insuper & uotis tribus in deserta, uel urbes  
 A uulgo remouent proprijs & uiribus altum  
 Scandere nituntur cœlum, atq; euadere mortis  
 Imperium durum, & contractæ debita noxe  
 Soluere: quo cordis produnt abscondita praui,  
 Quod nibili pendat Christū, Christiq; triumphū.  
 Insuper & propria turgent fiduntq; superbi  
 Iusticia, & semper meritorum pondera iactant,  
 Ut populo imponant. atq; imposuere potenter  
 Non solum uulgo, sed regibus atq; monarchis,  
 Hypocrisi, illorum merita ut uanissima magno  
 Commercarentur: cœlumq; animæq; salutem  
 Sperarent, nidos illis cæcasq; latebras  
 Si construxissent, redditus & uentribus amplos  
 Donassent, securam ubi summa per ocia uitam  
 Exigerent, somneq; ipsis cum gliribus alto  
 Certarent. Quid enim curant aliud, faciuntq;  
 Nonne hæc sunt pueris etiam notissima paruisse?  
 Ipsi diuinum iactant (mera somnia) cultum,  
 Prætexuntq; preces, nec non ieunia. Quis non  
 Pondera miretur rerum, tantosq; labores?  
 Atq; putet dignos opibus, totoq; ducatus?  
 Quilibus & reges multi, comitesq; bearunt?

Scilicet

Scilicet egregius cultus, sine quum intellectu  
 Multos cantillant psalmos, & murmure templū  
 Conturbant uacuum, duntaxat & ore precantur,  
 Ad nihil attenti. Nec enim infortunia lēdunt,  
 Tam bene prouisos, aliorum, porrō quis illos  
 In tanto stupidos credat curare ueterno?  
 Non sunt ergo preces, sed inania murmura linī.  
 Esuriens ut sus in hara si grunniat arcta. (gue,  
 Ieiunant autem, & carnem & lactaria uitant.  
 Delicijs semper pasti, ieiunia dicunt,  
 Si non bis licet autumni brumaeq; diebus  
 Perbreuiibus uentrem satiare, & cœna negatur  
 Obsonijs instructa bonis. lautissima uero  
 Prandia consumunt, ut sit laxandus ad imum  
 Cingulus, et tumeat ut coſſus et improba hirudo,  
 Impletus pecudumq; humore rediuius atro.  
 Piscibus implentur magnis. Quis carnibus æquè  
 Lauta paret? poscatq; illis præsentibus ouas  
 Quin etiam uino molli saturantur abunde,  
 Ut rubeant toti semper, ructentq; uaporem  
 Nectareum. Hec esse aut dici ieiunia posse  
 Nec Milo concedet, nec Apitius, ille nepotum  
 Signifer, aut Catij studiosa frequentia ludi:  
 Agmina ludorum etiam, Turcaeque negabunt.  
 Hi tamen hypocrisi & studio pietatis inani  
 Dementauerunt populos, regesq; ducesq;  
 Ut sanctos castosq; uiros, longeq; remotos

A' mundi

A mundi ingenio, studijs, uitaq; putarent;  
 Aq; illis emerent merita, æternamq; salutem.  
 O imposturæ fortes, o pestifera ætas, (bem,  
 Que partu infando genus hoc produxit in or-  
 Cen satis haud alioqui esset scelerumq; maliq;.  
 At cur fugerunt præui consortia mundi,  
 Et se in sylvas atq; in deserta remorunt?  
 An quia corrupte uiuit, studijsq; malignis  
 Deditus est: quis it inficiat? ast hoc magis illi  
 Fidis est medicis opus, et præsentibus, et qui  
 Succurrant morbis: non per fastidia longè  
 Aufugiant, linquintq; in acutis febribus ægrum.  
 In tenebris uiuit: sanctorum luccuirorum  
 Indiget: ut Christus luxit, duodenamq; quondam  
 Lecta caterua uirum. An ne per commercia uitæ  
 Commaculare suam, sed sancte uiuere possent?  
 Hoc fuga non præstat, sed mens integra, fidesq;.  
 Et patiens animus, seceq; frumentibus aptè  
 Fluctibus opponens. Daniel Babylonius hospes,  
 Iudeiq; alij, quorum syncera fuit mens,  
 Gentibus in medijs sancte uixere, pieq;.  
 Vixit et in Sodomis Loth. Memphis rexit Io.  
 Salua religione patrum, uitaq; pudica. (seph  
 Si non immutant animos qui trans mare currut,  
 Non etiam sylue hoc, nulla et præstabat eremus.  
 Quin magis humanis corrumpt pectora nugis,  
 Traditionibus addicti super omnia stultis.

Spiritus opprimitur: non possunt lumina sursum  
 Tollere, dire et amque uiam spectare salutis.  
 Quid dein, quod mundana gerunt, lasciuiaque corda  
 Supra mundanos ipsos? quod ludus in orbe  
 Integer est nullius monachis sine? conueniunt si  
 Imperij proceres, adsunt: mandata per ipsos  
 Vrbibus imperij dantur, legesque subactis.  
 Intersunt bellis, ex regum castra sequuntur.  
 Vicos ex castella regunt, armisque tuentur.  
 Si fors coniugij celebrantur foedera magni,  
 Adsunt: solennis quoque si qua dicatio templi,  
 Adsunt, tumque suas habet omnes fabula partes.  
 Quid memorem luxu, et popas, fastuque superbum?  
 Ceteraque ingenium mundi testantia prauum?  
 Quid stultae prosunt uestes? quid rarus ad aure?  
 Vertex, semotusque locus, si discere mundus  
 A monachis mundana potest, ex cogitur, ut iam  
 Effugiendi illos mundo sit nulla facultas?  
 Vellet enim, ex iamdudum enixa querit ex opta  
 Excutere: ast haerent crispis ut lappa capillis,  
 Ac impressa nouis ut pix sutoria pannis.  
 Ipsi si mundum fugerent, ex se procul ultrò  
 Subtraherent, et Hyperboreis in montibus antri  
 Incolerent omnes, mundo nil gratius esset,  
 Nil etiam utilius. Tria nunc quoque respsicte uota,  
 Quam non conueniant, nec sint conformia uita.  
 Se parere uouent Abbatii, aut uelle Priori.

Si ueram nouit pietatem et promouet Abbas,  
 (Id quod perrarum est) et eò ducentia mandat,  
 Quid ni parendū sit? Ad hoc adstringimur om.  
 Qui tincti sumus in sacri olim fonte lauacri. (nes,  
 Nil alijs opus est uotis, et uertice raso,  
 Inq; peregrinam mutata ueste figuram.  
 Sin uero haud nouit, nec eò ducentia mandat,  
 Sed cultum humanis nugis præfigit inanem,  
 Tutaturq; iubetq; et nectit uincula menti  
 Traditione aliqua: pariter parere, uouoreq;  
 Impietas est, qua cuncti ducuntur ubiq;.  
 Cantibus absoluunt nocturnis atq; diurnis,  
 Gestibus et fatuis, faciendoq; omnia certa  
 Lege, et præscriptis cautè uiuendo tabellis,  
 Religionem omnem, suaq; optima: ceu Deus istū  
 Cultū adamet, queraiq; et nō huiusmodi frustra  
 Tradiderit fieri. Verum quid dispuo multis?  
 Totus quandoquidem haud nouit meliora Papa.  
 Omnib. est castè uiuendum: porro sacrati (tuse  
 Fœdera coniugij fugere, euitareq; uelle,  
 Nostrum tum deum est iuris, quum nulla libido  
 Sollicitat, carnisq; haud ullus prouocat ardor.  
 Sed quam castè illi uiuant, per compita uulgo  
 Decantant pueri, metuunt commercia ciues  
 Tā castorū hominū. Quid ego aut̄ cetera dicā,  
 Quæ castæ fugiunt etiam narrarier auresē  
 Quid cū paupertate molūt sibi? An illa uocatur

Virtus paupertas: an solus uiuere pauper  
 Recte, cœlorumq; potest consendere sedes:  
 Quum leuiora habeat nequaquam obstatula pa-  
 Recte uiuendi, quam uel ditissimus Indus? (per  
 Quim paupertatem derident turpiter illi,  
 Tam uictu lauto, tali pompa atq; paratu.  
 Tum reliquis etiam uotis uitaeq; scelestæ  
 Se nihil facere ostendunt hominesq; Deumq;  
 Quid si aut species horum recitemus, ut inde  
 Clarius hæc uideas, quamuis sint abdita nulli?  
 Res infiniti est pariter, uaniq; negoci.  
 Tot sunt sectarum forme duntaxat amictu,  
 Ritibus & risu dignis, partimq; prophanis,  
 Et uitæ norma distinctæ conuenit autem  
 Omnibus, ut Christo præponant uana Papatus  
 Dogmata, quæq; sui primus dedit ordinis auto-  
 Nitaturq; suis meritis euadere lethum.

Monachi In genera ad præsens nos bina secabimus omnes  
 diuites. In dites nempe, & mendicos usq; vagantes  
 Ordinis ex norma sacri, iussuq; Papali.  
 Sunt opulenti illi, quos olim prodiga regum,  
 Primorumq; manus censu ditanit opimo,  
 Donatis agris, uicis, uillisq; soloq;  
 Lato, uinetis, castellis, oppidulisq;  
 Et comitatut etiam toto, totoq; ducatu:  
 Scilicet ut meritis nihil, precibusq; supinis  
 Consulerent animæ, delerentq; omnia uite

Crimina

Crimina. Donandi motū hunc caussamq; fuisse,  
 Ipsa ducum liquidō regūq; diplomata mōstrant.  
 Persuasi fuerant, pacem uitamq; perennem  
 In meritis, tantumq; Papae consistere dextra,  
 Membrorūq; eius. Quondā hæc uesania mundū  
 Obtinuit, postquam in templū confederat hostis,  
 Quò uero tot opes monachis an paupere uictu  
 Ut castigarent carnem, et iejunia dura  
 Seruarent humilesq; essent rebusq; animisq;  
 Assidue (ut iactant) lugentes crimina mundū  
 Res in diuersum recidit, quod nosse datores  
 Debuerant. carnem castigant, donec obesi  
 Reddantur: quò fista etiam iejunia tendunt.  
 Letior est nemo, nemoq; superbior illis.  
 Mundi delicias omnis se etantur, habentq;  
 Sicubi uallis amœna fuit circundata pratis.  
 Quem riuus medianam largus flumen ue secabat,  
 Pisciculis diues sapidis, cancrisq; nigellis,  
 Stabant et syluæ circum, collesq; supini,  
 Frugiferi, ubi uel uitis mitissima fundat  
 Vina, aut præpingui superentur Gargara messe,  
 Huc nidos posuere suos pleriq; Quis urbes  
 Fumosas habitare uelit, præ ruris amœni  
 Commoditate ista? Tamen hæc deserta uocarūt,  
 Afflitti patres sua ubi peccata piarent.  
 Quinetiam nidis æquant palatia regum.  
 Ardua circumdans piscinæ moenia latæ,

Apta' ue præcipites ceruorum pascua fossæ:  
Stant celsæ turres plena feralibus armis,  
Aut pro iucundis factæ cultæq; diætis.

Intus aquæ saliunt dulces, quo lumina cunq;  
Vertas, sunt herbis culti redolentibus horti,  
Porticus & quadrata umbras spaciантib. offert  
Cuncta nitent breuiter, tanquam paradisus ab ipso  
Facta Deo. Sunt magna illis armenta, gregesq;  
Et densum famulorum agmen, cōptiq; ministri.  
Sunt extra multæ piscinæ, totq; quibusdam,  
Omni ut luce queant rectè piscarier unam.  
Mœnibus haud absunt longè pomaria, quæ tu  
Hesperidum dicas, uel Adonidis, Alcinoi ue.  
Sic mundi luxum pulchrè, cunctasq; pararunt  
Delicias, est & nocturni copia somni,  
Atq; diurni: immò luci dormire iubentur,  
Ne succum uigiles amittant scilicet, & ne  
Inficiat pallor faciem, corpusq; macrescat.  
Id magnum censem, media quod nocte resurgunt  
Adq; preces psalmosq; aliquot sine mente canent  
At nō expendunt, quam multi plebis egeni,  
Fessis corporibus duro sub sole labore,  
Non tota capiant interdum nocte quietem,  
Concusi in tantum duris uagitibus aures.

Libera non fermè curant studia, atq; docendi  
Traditur haud temerè patrib. prouincia crassissima

*Abbas.* Est Benedictinis, Cistercijsq; inclytus Abbas.

Qui monachi nomen uitam que et iura perosus,  
 Princeps imperij dici cupit, atq; uideri.  
 Et sanè fastu, pompa, flatuq; superbo  
 Principibus nil mundanis concedit: ut illud  
 Interea sileam, quod sàpè libidine uincat,  
 Nempe immaturas uitiet stupretq; puellas,  
 Nocturnasq; palam cogat nudasq; choreas,  
 Et potu, cantu, fidibus noctesq; diesq;  
 Perstrepat in populi còspectu, atq; urbib. amplis.  
 Turpis & insana est diuersæ copula formæ,  
 Si quis ouï caput affingat tauriue, canis' ue:  
 Sic male cōueniunt, monachus, princepsq; super-  
 Et miror, quare mûdus tulerit q; feratq;  
 Compositū hoc monstrū. Sed amat miracula mure  
 Nilq; adeò prauè fieri stulte q; potest, quin (dus:  
 Perferat, & fixis oculis & sp̄ctet hianti  
 Ore: proinde habeat sibi, contempletur, adoret.  
 Sed redeo. Horum Abbas uicinos territat armis,  
 Et lachrymosa gerit bella, exultatq; tumultu,  
 Nilq; humile affectat, loquitur, facit, imperat, au  
 Sed Caci unde feri possis agnoscere flatus. (det,  
 Talia sed cuius Benedicti regula tradit?  
 At puto, quandoquidē uetus Benedictus alūnos,  
 Biblia ne legerent, unde omnis pullulat error,  
 Turbidae & hæreses usq; vixigant semen acuti,  
 Ne segnes essent, agerentq; per ocia uitam  
 In tantis opibus, cupiditas mentesque manusque

Applicuere cati mundanis rebus agundis.  
 In quibus euasere breui tam callidi, ut ipsi  
 Praescribat mundo leges, et ciuica iura.  
 Scilicet hoc pacto fugere negotia mundi,  
 Et uitam et mores, seque; in deserta remorunt,  
 Solis intenti sacris, animaque saluti.

Ast opus haud erat hoc rasos, turpemque cucullas  
 Tendere, quum nunquam rectores atque magistrorum  
 Mundo defuerint. Verum molimina regni,  
 Vitam, uirtutem, mores agnoscis ubique.  
 Cuncta licent, facit et mox dispensatio recta,  
 Dummodo non credas in Christum falsaque dantur.

**Mendican-**  
**tes.** Porro mendicum genus in diuersa redactum  
 Nomina, pro quæstu populosas incolit urbes.  
 Primum ubi mendicando solum, nidosque parari  
 Magnificos, et quæ prædiues flagitat usus.  
 Ut mendicorum peram mireris inanem  
 Semper, structuras tantas, tam lautaque cuncta  
 Equaluisse unquam, paucosque parare per annos.  
 Sed prætexebant ieiunia dura, precesque;  
 Aßiduas, meritorum et pondera magna suorum  
 Proderat haud modicum noua confirmatio secta.  
 Gestusque externi, caput obstipum, atque docendi  
 Feruor, et hypocrisis fallax, fucusque dolosus,  
 Mollisque affatus lingue, grauitasque uerenda,  
 Ut bene censerent munus, sancteque locatum,  
 Tam iustis sanctisque uiris quodcumque dedissent.

Quid

Quid quod cōmuniſ multū quoq; profuit illis  
 Mercatus regni, fraudeſ q̄; doliq; potenteſ.  
 Nam promittebant cōlum, certamq; ſalutem,  
 Et meritorum etiam cunctis conforitia, qui re  
 Large iuuiſſent, uerbis ue opera ue frequenti.  
 Hinc confluxerunt pifces, hic pefifer hamus  
 Decepit multos, ad dandum q̄; impulit eſca.  
 Hiuc latas ſtruxere domos per ſingula fermē  
 Oppida, ex hinc uenit nitida & p̄eclar a ſupel.  
 Hinc etiā inſtructus non ad ieuiuia uictus. (lex,  
 Hoc mercatuſ ſteti urbes & rura domatim  
 Circumeunt, poſito procul abieſtoq; pudore,  
 Mendicantq; ſtipem, præſertim ſemper in iſpis  
 Vrbibus incumbunt populo: non tæda iugalis,  
 Non aliuſ cœtus, non compotatio initur,  
 Ut non confeſtim circumſtent pixide mensas,  
 Et ueluti muſcæ cunctis ſint uſq; moleſti.  
 Haud coenare licet, nō prandia ſumere cuiquam,  
 Quin exemplò adſint, auresq; manusq; fatigēt.  
 Ieiuni post quam uenerunt tempora ſacri,  
 Legibus & populus uulgò terretur anaris,  
 Tum uero aſidue merita & ieuiuia iactant.  
 Cum preci b. ſua: tum quæſtus redit uber ab illis,  
 Qui ieuiuacre minus, uitamq; priorem  
 Immutant nihil. hi meritorum grandia cenſent  
 Pondera mercatos, ſibi iamq; fauere ſceleſtis  
 Rectorem cōlī, culpaſ q̄; iramq; ſolutam,

Si uinum egregium uel salsamenta dederunt,  
 Vel stipe collata Saliaria prandia crassis.  
 Quæstus & in uicis ingens, per ditia rura:  
 Ilic omne genus frumenti, caseus illic  
 Plurimus, & linum, rapæq; ac omne legumen  
 Colligitur, quin cum pingui & farcimina lardo,  
 Et porci pingues Antoni à corte minantis  
 Herculeos (sic nempe ferunt) nō dantibus igne  
 Atq; à simplicibus quo plura emungere possit  
 Chartis condonant pictis, acubusq; uicissim,  
 Et ligulis, speculisq; alijsq; huiuscet monetæ.  
 Ita licet sint ualde in honesta ac turpia, summa  
 Attamen hi pietatem & sanctæ religionis  
 Signa putat. Tam cuncta colit peruersa Papatus  
 Tamq; deum reddit quo uis ex dæmone, contrâ  
 Dæmonas exq; deo, quod doctrinæq; fideq;  
 Ritibus & studijs uel stultus cernat ubiq;.  
 Hi mihi præcipue multum sapuisse uidentur,  
 Qui mendicando primum terraq; mariq;,  
 Plausibili quodam titulo specieq; uenusta,  
 Innumeræ sibi opes paulatim agrosq; parant  
 Instructasq; ædes, census, uineta, gregesq;,  
 Atq; armenta boum, uicos terrasq; benignas,  
 Amplius ut iam non sit mendicare necesse.  
 Quin nolunt etiam se mendicasse uideri,  
 Tam laute uiuunt segnes, dominiq; uocantur.  
 Theutonicis primò magnum consciuit amorem  
 Bellarum

Bellandi contra Paganos plurimus ardor,  
 Et simul ægrorum cura indefessa. rogabant  
 Subsidium atq; stipem, quo possent utraq; recte  
 In cunctis curare locis. Quid multa? Libenter  
 Contribuere omnes. Opibus nunc porrò coactis,  
 Nec curant, nec alunt ægros. Si bella gerenda  
 Aduersum Turcas, puluinos linquere molles  
 Nolunt, ut sibi qui pepererunt ocia quondam.  
 Sic fecere alij quoq; quos non carmine possis  
 Enumerare amnes, tam gens hæc improba creuit.  
 Multo peiores uero, qui ditia quamuis  
 Prædia possideant, et opes, ut multa supersint,  
 Non tamen abisciunt studium morem q; rogandiz  
 Mendicare adeò pulchrum, immò perutile cœsent.  
 Sunt quibus assiduo mendicare imperat ordo,  
 Paupertasq; simul, nulla et prouisio census:  
 Præ reliquis genus improbulū, cunctisq; molestū.  
 His præter leges indulxit multa Papatus,  
 Postquam animaduertit recte sua cōmoda multū  
 Prouehere, et cunctis posse introducere regnis.  
 Et sane eximè curant persoluere grates,  
 Suntq; quasi imperij columen, tutelaq; fida.  
 Doctrinā illius siquidem omniē hausere, fidemq;  
 Quidq; Papæ placeat curant defendere semper,  
 Nullaq; pro regno fugiunt mendacia charo  
 Fingere, nec quamuis magnum subiisse laborem.  
 Per maria et terras uolitāt, penetrantq; potentie  
 Nobis

Nobiliumq; ædes reseratur ubiq; docendi  
 Ianua: nec pastor quisquā, nec episcopus obstat  
 Amplificandi ut sit regni permagna facultas,  
 Sicut & est feruens studium, indefessaq; cura.  
 Quippe sub illius cernunt se pascier umbra,  
 Et regnare simul. Cernunt florente Papatu,  
 Ordinis incrementa sui, uictumq; beatum  
 Sperari posse: at uero in contraria labi  
 Cuncta, Saguntinamq; famem portendier alia  
 Sicubi forte parum ualeat & contemnitur ille.  
 Ergo mouent omnem lapidem pro seq; Papati  
 Ne quod consurgat murmur, neu dogmata contumeliam  
 Multasq; imperij fraudes, lucrosaq; iura  
 Spargantur. quo circa ijs inquisitio solis  
 Comissa hærescon: quas inter maxima longe  
 Ventribus & crassis praesentis plena pericli,  
 Si quis Pontificem caput abnegat esse supremum  
 A Christo sponsæ impositum: si nulla ualere  
 Quis dicit merita ad cœlum, uitamq; perennem  
 Omnia sed gratis per Christum obtingere solantur  
 Vel si quis rasos affirmat inutile germen,  
 Tantumq; hypocrisi nugisq; imponere mundo  
 Veri q; esse hostes. Rabida uelut à cane morbi  
 Sic hos corripiunt, uexant, squalloreq; tetri  
 Carceris excruciant, nolentes cedere demum  
 Contradunt flammis, toto gaudente Papatu.  
 Quos uero hoc pacto uexandi copia non est,

Emittit

Eminus allatrant, maledictis clamq; palamq;  
 Dentatis quoq; et indoctis stolidisq; libellis  
 Mordent, & satagunt inuisos reddere uulgo.  
 Hec si pro Christo pugnarent seriatum,  
 Non mendicarent illi, non tanta tot annos  
 Presisset populum sancti ignorantia ueri.  
 At non imperio conducunt uera Papali,  
 Ex falsis compactum est, nec consistere falsis  
 Absq; potest, quare meritò feraliter odit,  
 Si quis de Christo mutit, uerumq; requirit.  
 Vtitur his ergo membris constanter ubiq;  
 Noticiā ut Christi premat, atq; exterminet orbe.  
 Nec solum hac in parte iuuant, regnumq; tuetur:  
 Non primas est, non rex fermè, quin gregis huius  
 Asciscat patrem, cui cuncta secreta profundi  
 Pectoris exponat, fateaturq; omnia uitæ  
 Crimina, quod regno uarijs est utile pacis.  
 Nam sic primates quouis perducere possunt,  
 Maximè èo ut magni faciant, cunctisq; Papatum  
 Præponant rebus, ualde & tutentur, ameniq;  
 Illiq; expugnant toto contraria nisu.  
 Qui si contantur segnes, leuiterq; uacillant,  
 Criminibus terrere solent, ueniaq; ne gata,  
 Quo nihil horredum magis & damnable cœcis.  
 Hinc quoq; resciscit passim Sanctissimus ille,  
 Quid rex quisq; paret, quid cogitet atq; laboret,  
 Omnibus ut rebus matrè occurrere possit:

Tana

Tam uigilant horum ac explorant omnia cœtus  
 Deniq; si argētum Papa, uel de Cardine quisquis  
 Aut Antistes, qui redimendo pallia non est,  
 Ex regione aliqua uenijis corradere largis  
 Appetit, hos mittit Cereales. ulla nec est gens  
 Aptior insidijs, auro naſſisq; parandis.  
 Horrēdū clamāt, falso abſq; pudore profanūt,  
 Audacter pugnant, Satanamq; ad fidera tollunt  
 Ex muſcaq; altos norunt effingere barros,  
 Imperiumq; Papæ cœlo æquiparare sereno.  
 Haud ſciam uti, num gens fuerit lucroſior ulla;  
 Ex uſuq; magis. Per eos mendacia uulgus  
 Credidit ac haufit, nihili & pro ſpebus abundat  
 Profudit ſua, dum cœlum præclarāq; ſeſe  
 Sanctorum merita, & uitam mercarier ipsam  
 Crēderet. Interea nugis ſpolijsq; beati  
 Ridebant illi tacite, ciſtasq; ſerebant  
 Argenti plenas magna cum laude patronis.  
 Non ſtudia atq; actus horum percenſeo cuncto  
 Quidq; domi faciant, quæ olim molimina mundi  
 Protulerint, adq; impietatem præpete curſu  
 Contulerint ſeſe, uitæq; exempla ſcelestæ  
 Ediderint, etiam toto indignante Papatu.  
 Ut iam dicatur, nihil haud audere cucullum,  
 In mentem modò quod ueniat, ſede atq; parūper  
 Nos leuibus ferimur remis, non fortibus Euris:  
 Nec iuuat Auge & densum purgare ſimetum.

Sic tamen imperij specimē breue, primaq; cernis  
 Mēbra, queas reliqua unde sagax quacunq; super  
 Discere: nam mirabiliter uitaq; fidēque (sunt  
 Omnia concordant. Quare nihil ambigo, quin sit  
 Nil inuenturus recti, nec quod sit ouili  
 Christi conueniens, tenebroso atq; utile mundo:  
 Verum imposturas ualidas, fraudesq; recoctas,  
 Omnem et auaricie speciem, uitamq; prophana,  
 Fastus & pompas, insanos deniq; cultus,  
 Vester ridiculas, ignauæq; ocia uitæ.  
 Hinc ubi diuini resonant oracula uerbi  
 Clārē, Euāgeliumq; palām Christusq; docetur,  
 Hec gens decrescit sensim, exitioq; propinquat,  
 Et cum pauperibus dites abolentur & ipsi:  
 Ut ueræ pestes fidei, errorumq; magistri,  
 Ut uentre pigri, ac telluris inutile pondus:  
 Germanas quos in regiones Itala quondam  
 Euomuit tellus, mater ceu fœta malorum,  
 Et uenit usq; nouas (tanta est insania) seclas.  
 Nuper enim misit dictos de nomine Iesu,  
 Accitu procerum puto fautorumq; Papistū,  
 Plausibili rude deciperent ut nomine uulgas.  
 Ceu meritum Christi cultum atq; unius honorem  
 Sint que situri. Sit anæ plantaria uerūm,  
 Ac reliquis sunt nil meliores. Scilicet omnes  
 Aduersus Christum, monachi rasiq; sophistæ  
 Iurauere semel studio atq; fauore Papatus,

ut nil expectare queas saniq; boniq;. Hi currunt iam huc atq; illuc, sursum atq; deorsum. Ac nauare student operam Satanæq; P. pisq;. Erutū ut ē tenebris uerum Christusq; prematur. Sed premet hos Christus quoq; cū farragine tē Hostium, et aduentu tandem extirpabit ad mī.

**Cōmunit.** Porrò sicut habent quādam sp̄cialia, mēb̄  
Sic nonnulla etiam uideas communia cunctis,  
E quibus exoptant nosci et pr̄stare popello,  
Pagana quadam et stulta ambitione, tenentq;  
Hactenus inde trahit nec eos irrisio plebis,  
Nec murmur iustum, uitæ ue decus, nec hone

**Rasi.** Sant omnes primū si premo uertice rasi,  
Attonsiq; com am: quo quisq; et sanctior atq;  
Religiosior esse cupit, cunctisq; uideri,  
Litius hoc caluam fermè deradit ad aures,  
Ut latum digitum uix stet quasi facta corona.  
Non à Iudæis hic ritus fluxit incepsus,  
Nec satis apparet quae gens tam stulta per or  
Sic deturparit caput, agnatumq; decorem  
Cogente abstulerit nullo, bellumq; putarit  
Non rasos inter rasa procedere calua.  
Certè pr̄cipuos fidei primosq; magistros  
Sic rasos nemo uidit, nec re super ista  
Mandarunt quicquam tam cæca, tamq; puden  
Finixerunt ipsi longo post tempore segnes:  
Ociaq; hoc pepercere nefas, ut cetera, nobis.

At miror cur non pudeat? nudare quodd ausint  
 Coram plebe caput, sed adhuc mysteria magna  
 Significare ferant, natura remiq; suapte  
 Turpem, persuadere suis concientur honestam?  
 Se nempe esse ferunt reges, istudq; notari  
 Vertice sic raso. Quid non nugentur inepti,  
 Hec proferre palam qui non absurd a uerentur?  
 Sed soliti sunt in cunctis illudere mundo.

Sunt etiā uncti omnes à presbytero usq; supre Vndi.  
 Ad caput imperij, Iudaeorumq; sequuntur (num  
 Sublatos ritus per pacti uerba recentis.  
 At illi certo fecerunt omnia iussu,  
 Venturum ut Christum sic testarentur agendo.  
 Hi faciunt ex se: & tanquam non uenerit olim  
 Rex regum Christus, designatusq; sacerdos,  
 Sic ungunt & se atq; suos baptismate ab ipso,  
 Dum postrema datur morituris unctio mēbris.  
 Vngitur & templi paries, unguntur & aræ,  
 Aeramenta quoq; in celsa resonantia turri:  
 Vngunt & reges, capiunt si quando coronam.  
 Mosaicus planè populus, quamuis sine Mose,  
 Et sine præcipiente Deo, Christoq; magistro:  
 Omnia confidenti assumit pectorē per se,  
 Quæ cunctis dein uult sancta & diuina uideri,  
 Scilicet egregius simul ut uideatur & ipse.

Præterea sunt linigeri, ut Memphitica turba, Linigeri.  
 Utq; sacerdotes Iudei, ex lege ferentes

**L**ineū Ephot. Velant siquidē sua pallia summi

**L**inea et insigni rugis candoreq; ueste:

**Q**ua sine nec suggesta adeūt, nec sacra ministrat,

**N**ec quicquam in templis faciūt. Hac cogitur illi

**I**n templis etiam ædituus, iudicq; magister,

**P**rimaq; discentes ita fermè elementa pueri.

**S**ic fatui fatuos faciunt, luduntq; populum.

**N**am uestis tandem quem confert linea fructum?

**N**on æstum siquidem est, durū nec idonea frigido

**A**rcere à quoquam: nec habet mandata cohortis

**B**issenæ, aut Christi, nullumq; induit a decorem

**P**roficit, sed contrà uelmenter dedecet omnes:

**E**x plebe ut si quis grandis per compita uadat

**V**estitu simili, risum plagasq; reportet,

**A**ut compingatur pro certo in uincula furenti.

**D**emiror uero, cur non utantur eadem (sancti)

**H**ac monachi quoq; ueste. Sed esse hac eēscō casu

**Q**uod monachi prius in sano ridentur amictu,

**S**untq; satis turpes, et eo discrimine pulchre

**S**ecreti à uulgo uel quod mage creditur idem

**E**sse sacer, nulloq; alio uelandus: et albus

**Q**uod non conueniat, uerum lugentibus ater.

**S**unt distincti etiam talari ueste superne,

**E**t sunt imberbes omnes ex lege papali,

**I**n muliebrem ut sint formam cultumq; redacti.

**I**mmunes. **M**unera quietiam nō curant publica, regum  
Concessu quondam, non pendunt illa tributa,

## Liber II.

S

Nec subeunt aliud cum uulgo onus, uilla nec illos  
Publica terrarum tangunt uexantque flagella.  
Presidibus tantum parent de corte papali:  
Contemnunt alios, legesque et ciuica iura  
Pro nibilo ducunt, nisi quum pro parte uidentur  
Suppetias ipsis ferre, ostenduntq; fauorem.  
Immunes sunt, et sacrosancti: unde nec illos  
Mordaci dicto, nec facto lœdere tutum.  
Si quis forte horum lethali uulnere cæsus est  
Occubuit, quantū heu facinus, iacturaq; quanta  
Facta? intermittunt sacra, claudunt ostia templi,  
Organaque et cantum suspendūt, nec sonat ultra  
Nolarum strepitus, tristi sunt omnia luctu  
Plena, quoad poenas homicida exsoluat atroces.  
Tanti se faciunt, tamq; illis ultio curæ est.  
Sin uero eua sit, pedibusq; fugaq; salutem  
Quæsiuit sibi, mox solito iustum fulmine dedunt  
Rectori Stygio, nectuntq; atrocia menti  
Vincula, coelorum seclusi prorsus ab arce:  
Et nequit absolui, sedis nisi uoce Papalis.  
Sic illi incussere metum omnibus, ut sine cura  
Incepent turbas, rixas, pugnasq; cruentas.  
Si quem uero ipsi ferro strauere feroce,  
Res leuis est, facileque ualet lentisque piari.  
Nam prætor nullus sacros attingere rasos;  
Sumere nec poenas audet, quocunq; prehensi  
Sint licet in scelere. Ad sua mittuntur foras primi,

Post aliquod tempus Romam, dum obliuio fortit  
 Mitiget aduersos. tum facta à cæde soluti,  
 Audacter redeunt, contempto iure popelli,  
 Omnibus & cæsi fautoribus atq; propinquis.  
 Qui primum rasis redduntur membra capillis  
 Imperij, primusq; est sumptus ritè character,  
 Prætoris iactant sese euasisse tribunal,  
 Carnificisq; manus nec frustra maxima namq;  
 Libertas solis passim conceditur unctis,  
 Delinquendi immò damnosa licentia quiduis,  
 Qualis nulli alij conceditur, aut peregrino  
 Aut ciui. Quippe haud metuunt ciuilia iura,  
 Nec pœnas legum. clemens sedet arbiter illis  
 Præfus, maternóque sinu tegit atq; tuetur.  
 Libertatum harum scripsere uolumina magna  
 Canonicumque uocant ius, densa cuius in umbris  
 Securi stertunt, dulcem capiuntque quietem,  
 Quodque libet tutò faciunt. Id cogitur omnis  
 Confirmare prius Cæsar, de more coronam  
 Quam capiat, iure & iurando obstringere tofi  
 Se defensurum neruis. Hic nonne beatus

Cœlibes. Est populus, qualis toto non uiuit in orbe?

- D. 27. Pres- Deniq; coniugij fugiunt commercia sancti,  
 byteris.
- D. 28. Assu Pontificum iussu, contra cœlestia iussa.  
 mi presby- ter.
- D. 31. Sital- Paulus enim cœli doctus secreta magister,  
 ebus. Sacerdo Constituit, uaga quo uulgò scortatio plane  
 tibus. Euitaretur, carnisq; faceßeret ardor,

Ut quisq; uxorem propriam, propriūq; maritū  
 Fœmina haberet quæq; & solis cœlibe uita  
 Vti permisit, diuini gratia doni  
 Quos exemisset communi lege, statuq;  
 Exempta an uero sint omnia membra Papatus,  
 Is dubitet, nigris qui nuper uenit ab Indis.  
 Hic certè norunt omnes pueriq; senesq;  
 Quām non contineant, nec possint, et nihil usquā  
 Istorum sit ab indomito satis inguine tutum.  
 Namq; aut incestant aliorum tecta, torosq;  
 Aut sua scorta domi retinent omni absq; timore,  
 Aut certis alijs faciunt considere tectis:  
 Aut peregrē absentes cōducunt publica, ne quid  
 Carni usquam desit. Sic replet omnia passim  
 Tecta nothis. Nulli hoc laico permittitur usquā:  
 Et recte sanè uitam coguntur honestam  
 Degere, coniugij sacris & legibus uti.  
 Turpiter at uiuunt solius membra Papatus.  
 Ut solis etiam ceduntur libera scorta,  
 Omneq; flagitium, quæ consecranea turba  
 Perfert, excusat, tegit, extenuatq; libenter:  
 Plusq; amat hac illos uita, factisq; scelētis,  
 Quām si mutarent se, ad mentemq; redirent,  
 Diuinæ & ducta parerent coniuge legi.  
 Quin tales diris agitat, contemnit & odit,  
 Siq; potest spoliat commisso munere, & omni  
 Re, nudosq; mopesq; alias expellit in oras.

Non satis ut possis mirari pectora cæca,  
 Iudiciumq; nimis ueſanum, quo mala contra  
 Naturæ leges, contra rationis honesta  
 Dogmata nimirum, contra quoq; publica iuris,  
 Gentium & aduersus cunctarum deniq; morem.  
 Incestam laudant certa ſine coniuge uitam.  
 Si ſunt qui laudant, tolerant, cernuntq; libenter,  
 Cur illi haud facerent, ſuadet quodcunq; libido?  
 Ergo ita conſtanter pergunt, turpiq; perennant  
 Vita non mutant quicquam, nullusq; reformat.  
 Discerpi mallent, ueteres quam linquere mores.  
 Hinc etiam faciat quum lucrum Antilles auaritia  
 Diſsimulat, perfert, nec ſpes eſt ulla medelæ.

**Avari.**   Est & auariciae morbus communis, ab ipſo  
 Incipiens capite, & diſfusus in omnia membra,  
 Venales ſunt ipſi, & habent uenalia cuncta.  
 Da nummos, cœlum reſerant, ſedesq; beatas,  
 Eripiuntq; animas Horco, quotquot cupis ipſe.  
 Da nummos, à noxa abſoluunt protinus omni,  
 Exq; nigro faciūt album, idq; diplomate firmat.  
 Da nummos, pro te noctesq; diesq; precantur,  
 Ieiunantq; quoad fiant abdomen pingues.  
 Da nummos, præclara tibi merita omnia uendūt,  
 Ut iuste atq; piè nil ſit uixiſſe neceſſum.  
 Da nummos, uetito quamuis connubia iungunt  
 Tempore, permittunt etiam duxiſſe choræas.  
 Da nummos, ouis concedunt carneq; uesci

TAM

Tam Veneris, totis quam quadraginta diebus.  
 Da nummos, natum puerum baptismate tingunt,  
 Et post confirmant, et signant chrismate fronte,  
 Da nummos, et dant uerum tibi corpus Iesu,  
 In cruce suspensum quatuor; et quale pependit.  
 Da nummos, nares, oculos, auresque perungunt,  
 Ora, manusque, pedesque, unctuque ad tartara mittunt.  
 Da nummos, media tumulus tibi stabit in aede,  
 Inque choro, ne sub diuo tumuleris aprico.  
 Da nummos tota recinunt psalteria nocte,  
 Preceduntque tuum luctu ad monumenta cadaver.  
 Da nummos, memores tui erunt trigesima diebus,  
 Missis et psalmis: dederis si plura, quotannis.  
 Da nummos, monumenta super post funera stabunt  
 Suffituthuris, sacræque aspergime lymphæ.  
 Da nummos, reddent tua confessim irrita uota,  
 Et dispensabunt etiam ipsa in lege Tonantis;  
 Omnia cum precio facit haec gens, nec tam unquam  
 Fit saturata, accipiunt pro Missis quinq; uel octo.  
 Absoluuntque una, nonnunquam mille recondunt  
 Sub calice, acceptis nummis (sic nuptie loquuntur)  
 Unius haud memores: nec eos cura ulla remordet  
 Fraudis, contemnunt populos, et qualibet arte  
 Desraudare student, auroque emungere fulvo.  
 Præbendas captant multas, fugiuntque laborem  
 Unius: argentum querunt, atque ocia solum.  
 Nossas, decipulas, hamos, unguiesque rapaces

Omnibus iniiciunt morituros deniq; torquent,  
Aureolos aliquot legent sibi testamento.  
Præterea decimas maiores atq; minores  
Sedulò perquirunt, stataq; Offertoria plebis.

Omnibus hæc fermè uideas communia mēbris.  
Dispice tu uero, num sint Ecclesia Christi,  
Id quod contendunt adeo, cupiuntq; uideri.  
Nunquid doctrinæ Christi conforme sequantur,  
Et studeant: nunquid uerum uestigia patrum?  
Quos semper iactant, imitentur? Versa uidebis  
Omnia (ni fallor). Pompas, stultosq; cuculos,  
Luxum, monstrosoſ cultus, barbamq; reſectam;  
Et ſpoliata pilis capita, ad talosq; fluentes  
Vestes, in ſanos gestus, mitrasq; bicornes,  
Auratumq; pedum, quadrangula pilea, cantus,  
Chrismata, contemptum iuris, uitamq; ſolutam,  
Cæteraq; hoc uideas genus, alta per ocia quondam  
In ueræ exitium pietatis, dignaq; plebis  
Ludibria, ut paſſim quod miraretur haberet,  
Introducta: ſuperſtitionum ut poſtmodo poſſent  
Fundamenta iaci, à magnis, sanctisq; putatis,  
Non uerum ſolet et falſum diſcernere plebes.  
Nec doctrinas, nec uitam moresq; ſecundum  
Scripturas et certa probare oracula uatum.  
Sancta, nitent quecunq; putat, creditq; tenetq;  
Horrida fastidit, nulloq; nitentia cultu.  
Hinc facilis patribus uia, contendentibus unum,

Vt magni fierent, & dicta & facta probaret  
 Illorum populus. Si tantum unius honorem  
 Quæfissent Christi, id quod decuisse ministros,  
 Constat, simpliciter docuissent recta popellum,  
 Nullis quaestis facis: & more probato,  
 Legēq; diuina concessō, quin magis immō  
 Mandato, egissent uitam. Nunc uulgi adhærēs,  
 Plus longē nouit fatalis membra Papatus,  
 Et commenta hominū, quam Regis iussa superni:  
 Nec sua damina uidet, nulliq; accommodat aures,  
 Narēsq; obstruxit muccosā. scilicet (aiunt)  
 Deludi pariter uult, æternumq; perire.

## LIBER TERTIVS.

**E**st etiā inspiciēda fides, quid nēpe Papatus  
 Credat: quādoquidē uult credēdi esse magi  
 Solus & in mundo censeri ecclesia Christi ster,  
 Catholica. & mirū, quam se se hoc nomine iactet.  
 Quod si constaret factis, cultuq; fideq;  
 Grande profectō nefas ab eo cessisse fuisset.  
 Sin uero ostendi facile contraria possunt,  
 Quod nihil in Christū credat, nec numen adoret  
 Unicum, & auxilium nullū quoq; speret ab uno,  
 Sed sicut gentes idola colatq; uocetq;  
 Quo sit censendus numero cognoscet & infans,  
 Quamq; omni semper Christum uitandus amāti.

Vera fides autē primum monstranda uidetur, Catholica  
 Ut docuere uiri sacro spiramine pleni. fides.

Unicum habere Deū cultuq; et mente iubemus  
 Cuius credamus nos et nostra omnia dextre,  
 Cura rerum exclusa, ac sollicitudine uitæ.  
 Ut qui pro nobis uigilet, curetq; libenter  
 Omnia, quin etiam possit curare potenter,  
 Hoc quisquis facit, is colit et reueretur, amatq;  
 Corde illum toto, atq; suam spem ponit in illum  
 Solum, inq; aduersis ad eum fugit, et uocat unius  
 Certus opis prout ille ipsi conducere nouit.  
 Credere et annexè in Christum debemus Iesum  
 Unicum ut illius gnatum, qui tempore certo  
 Venerit, ob nostras culpas nostramq; salutem  
 Factus homo, uas esset uti, nosterq; redemptor  
 Perpetuo: atq; sua dclerit criminis morte,  
 Illius et causa nobis faueat pater, atq;  
 Donarit uitam, noxasq; remiserit omnes,  
 Reddideritq; sui consortes deniq; regni.  
 Hoc qui constanter credit, linguaq; fatetur,  
 Iustus et electus, coeliq; est redditus haeres.  
 Non metuit Satanam, nec acerbi uincula lethi.  
 Nec mundi fremitus, nec mille pericula uitæ,  
 Securus fixis in Christum degit ocellis.  
 Verus hic Israel est, Christi Ecclesia tales  
 Agnoscit ciues; tales quoq; dicere uerè  
 Catholicos possis, et cœtus membra beati.  
 Nam qui diffidunt Christo, summoq; parenti,  
 Sant pauidi misere, fugiunt, queruntq; latebris

## Liber III.

91

Iusticiamq; student propriā sibi querere semper,  
 Qua uiuant coram Domino, culpasq; resoluant.  
 Nempe haud contenti donis cœlestibus ullis,  
 Iusticiaq; Dei certa, patrisq; fauore  
 Ob Christum, qui se pro nobis tradidit ultrò,  
 Aq; omni culpa plenè eternumq; redemit.  
 O quam pâuci istud credunt: quam nomine Christi  
 Pleriq; incassum ludunt, falsoq; uocantur      *(ali)*  
 Christigenæ, quum toti alibi sint speq; fideq;,  
 Sicut et intoto possis hoc cernere regno.  
 Aspice enim quid'nam credit, que mōstra sequuntur. *Papistica*  
 Nō nego, quin Christi nomē clametur ubiq; Ctur. fides.  
 Aedibus in sacris, credendi et symbola cantu  
 Asiduo resonent, uerborum et murmure solo  
 Christus dicatur Dominus, uerusq; redemptor:  
 Sed cor abest longè, nec aperto consonat ori.  
 Quod multis qdeò rebus testatur aperte,  
 Nullius ut frontis sit qui negat. Inspice primum  
 Iusticiam quanto propriam conamine querat      *Iusticia*  
 Omnibus in rebus: non ut uiuat honestè,      *propria*.  
 Atq; Deo dignè cœlorum ad regna uocanti,  
 Aut Christo, culpas delenti funditus omnes:  
 Nec uita et factis iuuet ut, releuetq; propinquos,  
 Verum ut concendat cœlum, tollatq; reatus,  
 Et regem meritis stellati placet Olympi.  
 Hic ubi comparet partæ fiducia uitæ  
 Per Christum, et uicti satanæ, noxæq; remissæ:

*Nam*

Nam qui querit adhuc, nondum se credit habere.  
 Nullus enim querit, quod uerè possidet antè.  
 Nec donata studet quisquam, nisi stultus & amans.  
 Nancisci meritis: grates sed agitque refertq;  
 Quantumcunq; potest, & donata fruitur re  
 Latus, & afflidente à sollicitudine liber.  
 Ergo iusticiam quando re semper in omni,  
 Et simul ingentes meritorum querit aceruos,  
 Impie & ad finem retinetq; & destinat illum,  
 Non sibi donatam uitam, culpasq; remissas  
 Per Christum credit: magis sed contemnit & odit  
 Illius meritum & coelestis dona parentis,  
 Iusticie innixus propriæ meritisq; superbis.  
 Huc spectat quicquid sacri facit atq; prophani,  
 Huc ritus cultusq; subinde nouos creat, atq; hunc  
 Proposuit uitæ sibimet finemq; scopumq;  
 Nec seruari aliter sperat se posse, nec ullum.  
 Iudaicus planè populus, nec gentibus in re,  
 Si Christi nomen tollas, præstantior ulla.  
 Nempe modo simili per totum creditur orbem,  
 Mætibus ac inscripta docet lex, humanaq; dicta  
 Constanter ratio, benefactis præmia tandem  
 Restare, & summi placandam numinis iram  
 Muneribus, cultu, meritis, prece, iusticiaq;  
 Et nobis faciundi alia est quecunq; facultas.  
 Hinc ergo impositis conantur montibus omnes,  
 Phlegræi quondam sicut fecere Gigantes,

Astrige

Astrigerum superare axem, regnareq; cœlo.  
 Deturbabuntur uero, & mittentur in ima  
 Tartara: constituit siquidem diuina uoluntas,  
 Non nisi per gnatum mundi delicta piari,  
 Et caput astuti confringi posse draconis.  
 Hoc cæcus nescit, nec curat discere, mundus.  
 Nec credit uerbo, sua sed uerissima censet  
 Somnia, quis fudit, plauditq; & pascitur horum  
 Vsq; ad supremam. Sic Turcarum agmina legi  
 Et factis fidunt proprijs, & credit Hebreus  
 Se uitam nocturnum ex Moysi lege corusci,  
 Et gens quæq; sua confidit lege, salutem  
 Viriculis nempe in proprijs consistere certò.  
 Nil aliud credit, fudit, speratq; Papatus.  
 Iusticiam fidei ueram haud intelligit, et si  
 Scripturas legat & trutinet, Paulumq; reuoluat,  
 Iusticiam toties fidei, donumq; loquentem  
 Aeterni patris Christum, qui scilicet unus  
 Iusticia est simplex nostra atq; redemptio factus.  
 Ast age per certas uideamus singula partes.

Christus signa duo dedit, instituitq; recedens, De bapti-  
 Queis obsignaret certò sua munera nobis, smo.  
 Fulciretq; fidem, per se delicta remissa  
 Omnia, & heredes uitæ nos esse perennis.  
 Primū est Baptismus, sacris quo tingimur undis,  
 Induperatoriq; damus quo nomina Christo,  
 Viaturi simul & morituri, quamlibet & post

Passuri

Passuri sortem. Ut simplex, ita maxima res est;  
 Nec ludo, nullisq; iocis tractanda, nec ulla  
 Stercoris humani uiolanda aspergine. Porrò  
 Polluit hanc prava doctrina & ritibus ille  
 Ridiculis. Siquidem facto contingere solo  
 Culparum ueniam docuit, posito obice nullo.  
 Quod nempe haud gratis, Domini nec munere  
 Donari noxas unius, sed mage facto      (fidat)  
 Et probitate hominis se ritè ad sacra parantis,  
 Ut meritis extet locus, & benefacta salutis  
 Credantur reserare viam. Sic transtulit in nos  
 Quod Domini est, factisq; asscripsit, sola quod an  
 Vera fides, etiā prius atq; accesseris undas.      (ferit)  
 Nec baptizando donantur crimina cuiquam,  
 Nec propter factum donari littera tradit,  
 Sed iam credenti plenè donata fatemur,  
 Sicut & electos & cœtus membra beati:  
 Non credenti autem non culpa remittitur ulla,  
 Si decies etiam liquidis mergatur in undis.  
 Ut factum per se nil cuiquam aut conferat usus,  
 Propositum quamvis fugiendi crimina constet.  
 Quapropter quondam conferri haud ante solebat  
 Quām quis publicitus Christum confessus Iesum  
 Esset, & ore fidem docuisse corde latentem.  
 Si gratis culpas donari crederet ille,  
 Nō hominum factis meritisq; asscriberet unquam  
 Nec uanis homines faceret confidere rebus.

Sed quia non credit Christo, neq; criminata gratis  
Donari docuisse potest: sed ubiq; uagatur  
Per salebras, cæcasq; infausta ad tartara fossas,  
Per q; in amœna trahit secum spineta popellum.  
Quid quod ridendo Baptismum polluit actu,  
Quo magis humani firma esset opinio facti?  
Et baptizandis olim quod cœpit adultis,  
Id teneris agitat cum infantibus, & putat ingens  
Esse nefas mutare aliquid pro ætate locoq;  
Ergo cruces pingit primum, exsufflatq; potentes  
Demonas, & trucibus mandat discedere herbis:  
Scilicet infantes habitari à demone credit,  
Quos populus Christi & sancti genuere parētes.  
Sepe, parum ueluti memor, indita querit ab illis  
Nomina, quos sacrā hanc ad rem legere parentes.  
Mox rogat, utrū mimicias cum principe mündi,  
Factisq; illius cunctis pompisq; superbis  
Sint suscepturi respondent illico lecti,  
Se uelle. An credant? querit se credere dicunt.  
Ludum nempe merum, fatua & deliria cernis.  
Hinc sal in ora etiam trudit, sputoq; lutoſo  
Aures atq; oculos peruerso imitamine sanos  
Collinit. Et oleo quoq; opus cū chrismate sacro,  
Quis scapulas inter pueros pectusq; perungit.  
Linea opus ueste est, qua tinctos atq; leuatos  
Vestit, & ardenti tandē armat lumine dextras.  
Et quo grandescant citius, sustollit in altum.

Talibus

Talibus absurdis ne delirare putetur,  
 Et stupidæ tantum nugis illudere plebi,  
 Miras sanctarum fingit rerum esse figuræ.  
 Quis uero non plus tribuat tot rebus ineptis,  
 Inuentisq; hominum, & uoci factisq; ministri,  
 Quām dono pæctoq; Dei, meritisq; patroni  
 Sanguine qui proprio nos tristi à morte redemil?  
 Quum plebs præsertim nil planè intelligat astas,  
 Ausonia dictum lingua: sed murmur a tantum  
 Audiat, & solum in ritus sua lumina figat?

## De cœna.

Sic facit & Cœnæ, Dominus quā sanxit Iesu:  
 Ipsius ut mortis memores essemus in euum,  
 Ad fidei robur nostræ, & monumenta salutis.  
 Quod nempe ille sua delerit crima morte  
 Nostra, emundaritq; suo nos sanguine plenè  
 Omnibus à maculis, in conspectuq; parentis  
 Reddiderit iustos. Quæ quum fiducia cœna  
 Est renouata quasi, & uerbo rituq; benigno  
 Membribus atq; oculis inscripta, ut laudibus omniæ  
 Cœlestem patrem & gnatum celebremus Iesum,  
 Cordibus & letis grates pro gratia agamus,  
 Fraterno nexi nos omnes inter amore: (ter  
 Hæc ad alēda palam, simul et memorāda frequē  
 Sumi constituit panem, uitisq; liquorem,  
 Corporis & profusi ut mystica signa cruoris.  
 Summe Deus, circa hāc cœnā quæ monstra P.  
 Doctrinæ finxit: quos ritus iūxit ineptos, (patet  
 Ethica

Et uestes risu dignas, atq; impia multa?  
 Nomen mutauit primum, Missamq; uocauit:  
 Quod quid significet, Gr.ecū ne sit, an'ne Latinū,  
 An magis Hebræa quadam sit uoce receptum,  
 Nescit adhuc ipse. & uariat sententia cortis.  
 Dein sex & septem iubet absurdissima credi,  
 Ex proprio cerebro, uerbisq; male intellectis,  
 Nempe quod in Christi corpus substantia panis  
 Vi uerborum abeat, liquor & mutetur Iacchi  
 Sanguinis in Christi naturam: nilq; superstite  
 Naturæ panis, uiniq; ut uerba minister  
 Protulit, excepta specie, gustusq; sapore.  
 Et ne quis circa hæc indoctus forsitan erret,  
 Verbis prescribit tragicis, in quale tenendum  
 Mutari panem corpus, qualém ue cruorem,  
 Vinum. Corpus, quod Maria de uirgine natum,  
 Quod flagris cæsum, suffixum quale pependit  
 In cruce. Porro cruorem, effosso qualis abunde  
 Effluxit latere. Inde licet sic omnia fiant  
 Luce horaq; omni, Christusq; ita semper edatur,  
 Inde tamen nunquam fiat maior ue, minörue,  
 Sed maneat forma & mensura semper eadem,  
 Nec consumatur. Tum quamuis unicus ille  
 Propositus panis partes in mille, quaterue  
 Frangatur totidem, minima totus tamen extet  
 Particula Christus cum carne, cute, ossibus, et cū  
 Corpore dimenso. (sic omnia magna profatur)

Post sacra quod nullus contaminet ista scelestus  
 Quodq; eque Christum de cœlo detrahatur alto  
 Impius in panem, ut sanctus, pius, integer, insens.  
 Quin etiam quod se Christus non subtrahat ulli,  
 Verum eque malus ut bonus, eque incredulus o  
 Ut credens illum comedat, sed dispare fructu. Cui  
 Quod corpus quoq; non reliquis equaliter escis  
 Transeat in uentre comedentis, sed mage in ipsum  
 Mutetur comedens. Dein sumptu ut corpus in or  
 Iuit, ad excelsum subito rapiatur Olympum,  
 Nec dentes ferat, aut morju frangatur acuto.  
 Hinc, in uisibili panis paruaq; figura  
 Incomprēnsibilem q; Deum docet, atq; perempli  
 Christi compendi corpus: quin tempore coden  
 In multis simul esse locis, perq; omnia fusum.  
 Dictaq; corpus idem quodam permulta locutum  
 In coena, & sedisse attenta ante ora suorum,  
 Et simul in panem conuersum, sicq; comedunt.  
 Pæterea tradit, quod Christum quisq; sacerdos  
 Offerat in Missa: sitq; illa oblatio tanti,  
 Tamq; accepta Deo, quam mors illius amara.  
 Inde etiam bissex numerantur commoda, que ut  
 Sacrificans dignè, uel sumens accipit omnis:  
 Vel tantu auscultans Missam, præsensq; sub actu  
 Insuper Et Missæ sacrum, factumq; ministri,  
 Et uiuis prodeesse docet, pariterq; sepultis.  
 Postremò laicis auferat sacra pocula coenæ,

Tantundem dicens specie sub haberier una,  
 Quātū utraq; quōd et uiuū sine sanguine corpus  
 Non sit, nec contrā uiuū sine corpore sanguis.  
 Hoc quasi nescierit Christus, mundi ille magister.  
 Sunt ne hæc doctrinæ mira & iocularia mōstra.  
 Quando nihil Christus uoluit nec tradidit horūs  
 Assuit & cœnae meritum, factumq; ministri,  
 Et simul astantis cuiuslibet, atq; uidentis.  
 Nam res in toto meritis sine nulla Papatu,  
 Nec sit, nec debet fieri: quum maxima longē  
 Regula laudetur, totam pendere salutem  
 Nostris ex factis fidei nullus locus extat,  
 Nec seruatori datur omnis gloria Christo,  
 Sola nec euehitur miserentis gratia patris. (tur:  
 Qui Missam facit, aut celebrat, permulta mere-  
 Quisquis & auscultat, meritis cumulatur opimis.  
 Qui nihil auscultat, nec uerbum intelligit ullum,  
 Sed sacra tantum consistit segnis in æde,  
 Magnis ornatur meritis, ueniaq; reatus,  
 Mirificeq; tumet proprij fiducia facti.  
 Quin & campanis Missæ si dantur habendæ  
 Signa procul, nec adesse queas, sed pectore toto  
 Duntaxat cupias, meritum tibi grande parasti.  
 Sic cœna ad meritum deseruit ubiq; Papistis.  
 Omnis & in Missa spes est, quocunq; periclo,  
 Et quacunq; in re. Nōnne hæc bellissima gens est?  
 Damnum haud se credunt illis sentire diebus

Posse, quibus Missam manè audiueret, uel actum  
 A spexere procul. Fit enim, quod diximus ante:  
 In Christū haud credunt, uerū in se se, & suā  
 Toti incredulitate atq; impietate referti. (d)  
 Missa aperit cōclum, Stygijs & liberat undis.  
 Missa ægros sanat, morbosq; repellit acutos.  
 Missa leuat culpas, immensaq; crimina delet.  
 Missa Deum placat, cœlestes donat & arces.  
 Missa ex igne trahit noxas purgante relictas.  
 Missa animos mœstos solatur, & erigit altē.  
 Missa lauat mentes, & conscientia corda serenat.  
 Missa parit meritis Domini, seruatq; fauorem.  
 Missa malos pellit genios, tollitq; furorem:  
 Missa bonos uocat ē cœlis, redditq; sodales.  
 Missa peregrinos cunctis defendit in oris.  
 Missa rates tumidis saluas conseruat in undis.  
 Missa dat agrorum fructum, & tutatur agrestis.  
 Missa beat, quotquot cupiunt ditescere lucro.  
 Missa uiris nuptas iungit, nuptisq; maritos.  
 Missa iuuat lites, pugnasq; & bella secundat.  
 Missa & natiuo multum de somite tollit.  
 Missa etiam uites, & molles protegit uiuas.  
 Missa & uenantes iuuat, & properare moloss.  
 Missa facit, repletq; opulenta retia præda.  
 Missa iras placat dominorum, animosq; refrenat.  
 Missa truces, tandem cupidos & iungit amantes.  
 Missa scelestæ etiam encruat mala carmina sagit.

Missa leues præstat partus, minuitq; dolores.  
 Missa omnes hominum fortunat ritè labores.  
 Missa preces facit acceptas, præstatq; petita.  
 Missa lupos stabulis arcet, tristemq; cohertet  
 Missa luem, redditusq; facit contingere lætos.  
 Missa etiam fortunat iter, quocunq; uagaris.  
 Missa quoq; insidias hostiles sternit, & arcet.  
 Missa malos abigit lemures, nocturnaq; monstra.  
 Missa famem pestemq; & martia tela repellit.  
 Missa facit seculo animo decedere uita.  
 Missa pigros multos consuevit pascere uentres.  
 Missa refert iugem, sicut futoria, quæstum.  
 Omnia Missa facit: tota est fiducia Missa.  
 Rebus in aduersis ad Missas illico currunt.  
 Impia nempe ualet tantum persuasio paßim,  
 Qua meritis hominum factisq; dedere salutem.  
 Hinc ergo in cunctis creuere altaria templis.  
 Hinc & sacrificorum adeò creuere cohortes.  
 Hinc surrexerunt monachorum examina tanta.  
 Quos pascit quæstus iucunda per ocia Missæ.  
 Hinc reges etiam magni, summiq; monarchæ  
 Missas instituere sibi, certosq; ministros  
 Censu perpetuo, ne Missa uidelicet unquam  
 Cessaret: facilis tantorum causa bonorum,  
 Si modò diuino posset consistere uerbo.  
 Hos alij mox sunt locupletes inde secuti:  
 Quisq; sibi adiculam statuit, Missæq; ministrum,

Aedibus in proprijs, uel templi parte gregalis:  
 Tota ut salua domus fieret, seriq; nepotes,  
 Quiq; in præsenti uiuunt, habitantue sepulchr.  
 Forsitan & factio miserè torquentur in igne.  
 In cœna Christus se nobis exhibet ipsum,  
 Et sua nobiscum communicat omnia largè:  
 Accipimus nos, nilq; damus, nec possumus illi:  
 Donis pro acceptis agimus tantummodo grat.  
 Hi præstare Deo cultum, & meritoria facta  
 Ex Missis fatagunt studio procudere pravo.  
 Vsq; adeò inuertit diuina, humana, Papates,  
 Pareat ut nusquam partē fiducia uit.e  
 Per Christum, & uicti Satane, culpæq; remisse.

**De alijs.** Post hæc signa duo, Christus quæ tradidit ipsi  
 Quinq; alia inuenit, meriti ne de foret unquam  
 Materies. Diuini etenim quum signa fauoris  
 Nec sint, nec possint esse, & promissio nulla  
 Extet, diuinam tamen accipientibus audet  
 Gratiam, & afflatum tragicis promittere uero  
 Confirmat nullo pueros examine facto  
 Aut morum, aut fidei diuinum pncuma ministri  
 Qualiscunq; dari factio docet, & nihil inter  
 Christi legatos, damnatumq; esse Simonem.  
 Chrismate cōsignat frontē, astantumq; cachim.  
 Consignatorum trepidantia percutit ora.  
 Mox præstò est aliquis unclo, matérue patérue,  
 Qui frontem uenti, tetra ceu uulnere lesam,

Lincol

Linteolo circumligat: illud & octo diebus  
Coguntur risu cernentis ferre cateruae.

Demitur hinc tandem, puroq; in fonte lauantur  
Frontes, ne sacro quicquam de Chrismate restet.

Iam quid cōmemorē, quantas confessio culpas Penitentiā  
Deleat? & cordis quantum contritio profit,  
Atq; satis demum pro cunctis factio culpis  
Scilicet humano tribuit facto omnia passim,  
In Christumq; fidem nec nouit, nec docet: immo  
Destruit, & Christum nomen duntaxat inane  
Esse putat. Semper sanè delicta fatetur  
Grex Christi sua, cōteriturq; ob cuncta dolenter:  
Sed non iusticiam ponit uel querit in istis,  
Ut nec in interitu, uel legis mortifera ui:  
Nec pro delictis premium desiderat ullum,  
Nec credit, præter Christi acceptabile letum.  
His ualde tradit celebris diuersa Papatus.  
Horrendo iubet edicto delicta fateri  
Cuncta sacerdoti certa sub tempore Paschæ,  
Vel quum fatalis deceendi imminet hora.  
Atq; istud nudè, non circumstantibus ullis  
Rebus præteritis: aliter delicta remitti  
Pernegat, aut homines absolui posse reatu.  
Hic ubi comparet partæ fiducia uitæ  
Per Christum, & uicti satanæ, noxæq; remissæ?  
Quis narrare queat, dederit quea damna popello;  
Praua hac doctrina: quantum seduxerit omnes

**A** Christo, ueraq; fide? quis scrupulus arctat  
**H**inc afflictarit mentes? Quippe omnia sicut  
**N**ec poterant unquam nosse, aut delicta fateri  
**N**unquam ita condonata sibi, seseq; solutos  
**C**redere. Præterea peregrinæ murmure lingua  
**A**bsoluit, planè et nullum fiducia uerbū  
**Q**uo nitatur habet. Cæcē uult omnia credi  
**I**mpietatis herus crassæ, cæcusq; magister.  
**E**x factis etiam absoluit, meritisq; futuris,  
**P**reteritisq; olim, nec non presentibus una:  
**N**ec proprijs solum, sed et ære aliunde redemptis  
**Q**uin etiam Christi meritis mortijs, crucijs,  
**D**iuorum iungit merita, et blasphemias & quat.  
**P**ostremò satis est pro cunctis factio noxis,  
**V**t quis Romanam nummos deponat in arcam,  
**M**erceturq; sibi ueniarum haud pauca talenta,  
**A**ut sua cœnobio præstet, templisue struendis,  
**A**ut alijs aliquem diuum ueneretur in oris,  
**A**ut certas dicat preculas, Mariamq; salutet  
**B**isq; Et ter decies, aut qualibet amplius hora  
**A**ut aliud faciat, mandatum uoce ministri.  
**V**idi olim Spiræ permultos nocte propinquos  
**P**rælata grandi cruce, succensaq; lucerna,  
**V**elata facie, nudoq; incedere dorso  
**P**er foras, nodosis iussu seseq; flagellis  
**C**ædere, nec leuiter cædebant hercle, nec ullus  
**P**arcebat sibi: manabat de uulnere sanguis,

Dorsum

Dorsa ue turgebant certe uibice frequenti,  
 Quos multis medici post curauere diebus.  
 Nempe modo hoc uoluere suos delere reatus.  
 Atq; satisfacere Hæc nonne est uesania crassa,  
 Quam mundo inuexit cura impietasq; Papatus?  
 Tu porro in Christū doctrina hac credere censere  
 Esseq; Catholicum, quod amat super omnia dicit  
 Pœnam imponebant pastores sotibus olim,  
 Coetuq; exclusis, & aperto crimine lapsis  
 Publicitus, coetus ut disciplina beati  
 Conseruaretur, ne forsitan ethnica turbas  
 Quiduis admitti facile ac impunè putaret,  
 Stantibus utq; forent à casu exempla cauendi,  
 Pœnae & respectu placarent deniq; mentes  
 Offensi coetus; non ut delicta remitti  
 Coram patre Deo pœna loquerentur eadem,  
 Longè etenim distant diuina humanaq; iura:  
 Nec satis humanæ legi, Dominoq; polorum,  
 Iisdem fit pœnis: neq; is, & mortalia corda,  
 Consimili more & ritu placantur eodem.  
 Placantur factis homines, pœnisq; furorem  
 Ponunt: ast unum propter placatur Iesum,  
 Atq; fide uera, cœli terræq; Creator,  
 Aeternasq; aufert pœnas. at temporis huius,  
 Afflictam propter mentem et benefacta remittit  
 Illis qui credunt ipſi, solumq; uerentur.  
 Vult nēpe esse Deus, cūctisq; dare optima gratis:

Verum confuditq; et miscuit ista Papatus.  
 In sua quemq; iubet solum confidere facta,  
 Sanctorum niti meritis, ueniaq; Papali.  
 Non satis à Christo factum creditq; docetq;  
 Quod sane ad questū facit, atq; hinc illius om̄is  
 Maiestas, luxus, rerumq; opulentia uenit.  
 Sic etiam suprema illi uenialia delet  
 Vnctio, quando ad opem diui diuineq; uocantur  
 Aduersatur ubiq; Deo, Christoq; necato  
 Nostris pro culpis: secumq; ad Auerna greg;  
 Ingenti dicit pompa, meritisq; superbis.

**Refugia.**      Quò fugit aduersis in rebus, peste, fameq;  
 Hostium et incursu, terraeq; marisq; periclis,  
 Et quicunq; potest uitam collidere, casu?  
 Huc intēde oculos, mētemq; mihi. Hic solet om̄is  
 Quorumuis hominum liquidō fiducia cerni.  
 Hic spes arguitur, subeuntq; examina corda.  
 Qui seruatorem atq; Deum confidit in unum,  
 Propitiumq; sibi credit, nutuq; potentem  
 Omnia, rebus eum cunctis solum inuocat asp̄it  
 Adq; illum fugit unum in tempestate metuq;  
 Quod Deus editio toties præcepit aperto.  
 Quò fugit autem? in quem sperat fuditq; Papal  
 In quiduis potius, quam Christū, eiusq; parēt  
 Nempe Deū hunc negat esse suū, et sibi pernici  
 Propitiū, et cuncta in cœlo terraq; potentē.  
 Quippe palam toto si non hæc corde negare;

Vnius imploraret opem Dominiq; Dei q;,  
 Eius & extensae committeret omnia dextræ:  
 Nec mediatores unquam, nec quereret ullos  
 Intercessores, contentus scilicet uno,  
 Cuius constaret fauor atq; potentia certò.

Porro uerum unumq; Deum postponit et horret,  
 In Maria uero longè firmissima spes est.

Illa Deum placat, puerq; arridet in ulnis,  
 Persuadetq; suo: qui nil quoq; pernegat illi.

Illa poli regina est, soloq; omnia nutu  
 Impetrat atq; potest: faustū est per cœrula sidus,  
 Iactatisq; diu portus sacraq; anchora nautis.

Illa in totius mundi est quondam edita lucem:  
 Gratiæ & hæc eadem genitrix, uenientq; reatus.

Illa à tartaro cultores protegit hoste,  
 Pallioloq; suo reges, populosq; Papasq;  
 Ira à diuina, telisq; tuetur acutis.

Hec eadem cœli porta est, pariterq; salutis.

Hec uita est mundi, certa & dulcedo laborum.

Hec hominum spes est, clemensq; patrona reorū.

Hec post exilium nobis ostendit Iesum.

Hec etiam in tristi mortis nos suscipit hora,

Hec regit etates hominum, & sua cōmoda cuiq;

Promouet, ergo ad eam toto clamatur ubiq;

Pectore, culta fauet pueris discentibus, atq;

Ingenij dextrum ac felix largitur acumen.

Virginibus dites præstat pulchrosq; maritos,

Mariæ  
cultus.

Optatamq;

Optat asq; procis facile contingere sponsas,  
Et nuptis prolem formosam. Hec ipsa dolores  
Sistit, uel penitus quoq; parturientibus aufert.  
A senibus pellit tuſsim & spiramen anhelum,  
Et facit hac tandem letos decedere uita.

Agricolis sata defendit, pluuiamq; ministrat,  
Et facit impleri constipata horrea messe.

Nauita ab hac petit auxilium iactatus in alto,  
Mercatorq; uagus quustum sperare secundum  
Successumq; opifex faustum non cessat auarus.  
A mundi domina. Huic commendat seq; domumq;  
Qui terras adeunt alias, metuuntq; pericla.

Singula quid memorē? res inclamat ad omnes  
Perfugium tutum ad casus quoq; creditur omnes  
Eius & arbitrio cœlum terramq; moueri. (biq;  
Estq; ualetq; auditq; uidetq; statim omnia  
Qua se regni huius tendit doctrina fidesq;.

Est accepta Deo sanè & sanctissima uirgo,  
Omnia quam laudent & dicant secula beatam:  
Nunquam illi tamen hi tanti debentur honores,  
Nominibusq; impar tantis est: danda nec illi  
Absq; Dei certo diuina potentia uerbo.

Nam si est, siq; potest, et prædicta omnia præstat,  
Quid reliquum Christo regi, summoq; parenti  
Adde quod humano configunt ista cerebro,  
Doctrinis sine Apostolicis, uatumq; relatu,  
Imperij mystæ. Quis non hinc cernat, in unum

Quod

Liber III.

109

Quod minimè credant cœli terræq; satorē?  
Nullius & numeri Christus reputetur, in altum  
Qui scandit, foret ut repleretq; omnia solus  
In Mariam potius credunt, ad eamq; feruntur  
Continuò, si quid triste imminet, aut premit illos.  
Hanc pingunt, fingunt, cantat, laudantq; uocatq;  
Omnibus in templis, domibusq;, & ubiq; locorū.  
Suspírant ad eam flentes, clamantq; gemuntq;  
Huic certas statuere preces, Cursumq; uocarunt.  
Permutas quoq; habet alias: sed maxime in usu,  
Ponderis ut magni, repetita Rosaria florent,  
Conficta à Monachis, gente inuentrice malorum.  
Illi etiam Mariæ sub cultu & nomine, certum  
Instituere sodalitium, quo quisq; per omnes  
Hebdomadas Mariæ numerata Rosaria ferret.  
Est monachorum etiā quoddā uenerabile germē,  
Cui nihil est cum alijs diuis Christoq; negoci,  
Sed seruū Mariæ est, magnoq; hoc nomē honori  
Esse sibi putat. Et sanè lucrosius istud,  
Quām si se seruum Christi dixisset, & huius  
Intento unius studio quæsisset honorem.  
Vera fides eget, & rerum dispendia perfert:  
Impietas lucrum facit, & ditescit ubiq;  
Virgo præterea certis festisq; diebus  
Magnifice colitur populo, & sisq; Papistis.  
Illi exornant simulacrum, ueste, coronis:  
Frondibus ara uiret, candela & lampades ardēt.

Quisq;

Quisq; suam candelam habet, acceditq; per annum  
 Circu Arabū merces redolēt, cumq; organa cā  
 Altifono resonant, nummos fert uulgas ad aram  
 Et summo fiunt celebranturq; omnia cultu.  
 Non usquam tanti Christo inpenduntur honor  
 Quippe haud sit tanti, nec tantum ferre miselū  
 Creditur auxilium: uel certe sēuior esse,  
 Quām nostra ut curet, precibusq; accōmodet  
 Quin etiam Mariæ festa ieiunia luce  
 Observant, rotula quam uersa ex iacta dedit  
 Quisq; etenim ædituus rotulam suspendit in  
 Signatam circum uel sex uel quinq; diebus  
 Addictis Mariæ, totum festisq; per annum:  
 A' quaq; ad captum dependet chordula longa  
 Si Mariæ ergo uenit cultor, lucemq; sibi unam  
 Sorte dari cupit, is rotulam conuertit in orbem  
 Cultoremq; iubet cursu comprehendere filum.  
 Inde diem dicit, stata quo ieiunia seruet,  
 Plurimaq; in Mariæ faciatq; et pendat honos  
 Quis facit hæc Christo? quis eum molimine tam  
 Observat: cui cereolus si accenditur unus,  
 Sex accenduntur Mariæ, pluresq; gregatim:  
 Omnibus et rebus partes fert ille secundas,  
 Immò postremas. Nam nemo credit in illum,  
 Atq; Papatus eum totus de nomine nouit  
 Diuorum Solo, spes alibi uero et fiducia regnat.  
 cultus. Nec famelij unius Mariæ contenta quiescum  
 Peccor

## Liber III.

m

Pectora præsidio, nec ei uitæ omnia credunt:  
 Ad diuos fugiunt alios quoq; quos Deus olim  
 Munere defunctos proprio, hac ex luce uocauit,  
 Rebus ut exempti terrenis, postq; labores  
 Perpetua requie fruerentur. Rursus at illi  
 E' celo reuocant in terras nomine uiq;  
 Quemq; sua, rebusq; & curis undiq; mundi  
 Inuoluunt, onerantq; iterum, demuntq; quietem.  
 Esse etenim fingunt illis mortalia curæ  
 Hucusq; haud secus atq; Deo, Christoq; regenti  
 Omnia, sub pedibusq; homines satanamq; teneti:  
 Et mediatores hominum fidosq; patronos  
 Esse Deo coram, & meritæ intercedere pœnæ,  
 Exaudire preces etiam toto orbe uocantum:  
 Ceu satis haud possit procurare omnia Christus,  
 Qui se patronum fore coram patre recepit.  
 Talia confingunt certa sine mente, fidicq;  
 Ut stabiles nusquam, & nullo conamine tuti:  
 Sicut & esse nequit, qui se non credidit uni  
 Aeternoq; Deo, seruatoriq; fidelii.  
 Ergo colunt diuos hymnis, cantuq; frequenti,  
 Constructisq; aris, templisq; per oppida paßim,  
 Perq; agros uicosq;, ut nec uacet angulus ullus  
 In quo non simulacra illorum picta renident,  
 Aut statuæ prostant, certoq; coluntur honore.  
 Quisq; diem quoq; habet propriæ, qua creditur  
 Ad superas sedes ex his migrasse tenebris. (olim

Altera

Altera lux etiam festa est, altaria quando  
 Templaq; sunt illis magno sacrata paratu.  
 Sternitur his totum redolenti gramine templi  
 Ramisq; arboreis ornantur ubiq; columnæ,  
 Araq; uestitur uarijs dignisq; lacernis.  
 Clausæ panduntur tabulæ, simulacraq; fulgent  
 Incrustata auro belle, argento ue nitenti:  
 Villofisiq; solum nitet, Attalicisq; tapetis  
 Vicinus partes suffitus thure paratus  
 Illicit ad cultum proferreç; munera suadet.

## Reliquiæ.

Ossa quoq; effodiūt horū, uiolatq; sepulchri  
 Humanas contra leges, diuinaq; iura:  
 Quæstus ut accedat maior, succrescat et una  
 Impietas, ludatq; superstitionibus orbis.  
 Quippe auro includunt ossa, argentoq; decorat  
 Ut per crystallum moueant parentia mentes  
 Indocti populi. S. per hæc miracula fingunt,  
 Virtutesq; horum magnas, benefactaç; multa  
 Perpetuò narrant, non ut sit gloria Christi,  
 Nec sanctæ ut populi capiant imitamina uitæ:  
 A' uero sed uti ducantur ad impia cultu,  
 Muneraq; adportent dense, uotisq; ligentur.  
 Huc etiam ostentant, super atq; altaria ponunt  
 Huc etiam magna gestant per compita pompæ  
 Proq; aliquot nūmis solerter ad oscula porgunt  
 Nec solum includunt ossa, argentoq; uenustar.  
 Atq; superstitionis alia obseruantq; mouentq;

Veran-

## Liber III.

13

Verum etiam uestes, brachia, sudaria, foccos,  
 Pallia, calceolos, sudoreq; suppura plena,  
 Insper & crines monstrant, digitosq; cutesq;  
 Virginis & Marie lac, (ita abiecere pudorem)  
 Prunasq; extinctas quibus est Laurentius assus:  
 Quinetiam fœnum ex præsepi, cui puer olim  
 Incubuit Christus, quū primum exiuit in auras:  
 Et tunicam ostendunt, sœuis quam scindere miles  
 Noluit, & clausos, & acuta cuspide telum  
 Quo latus effossum, sanguisq; est fusus aquosus:  
 Tum crucis inuenta quondam pergradia plaustra.  
 Omnibus in fanis etenim sunt frustula quædam,  
 Præter quæ à collo gestant pendentia multi.  
 Plurima præterea monstrat, quæ singula tempus  
 Non perfert dici, nec iter quod restat agendum.  
 Mireris uero, quoniam tot secula pacto  
 Talia durarint, habeantq; unde, & quibus oris  
 Reppererint. Porro fas nō est querere (dicunt)  
 Est magnum dubitare scelus. uerissima cuncta  
 Scilicet existunt, nullusq; relinquitur error.  
 Insper & noxae ueniam spectantibus amplam  
 Promittunt, meritiq; excellens pondus opimi.  
 O' impostores, atq; ad mendacia natos,  
 Vi cæcam plebem Stygijs mergatis in undis,  
 Seductam à Christo, partaq; a calle salutis.  
 Assignant etiam diuis sua munera cuiq;.  
 Bis septemq; ferunt, quorum certissima spes

Auxiliatio  
res,

h

Auxilia.

Auxilia. hos inter primas sanctissima Virgo  
 Obtinet, & casu clemens succurrit in omni.  
 Barbara conseruat, ne quis sine corpore Christi  
 Decedat. Catharina fouet doctosq; scholasq;  
 Donat & ingenium, tortosq; resoluere nodos,  
 Praestat & insanis firma argumenta sophistis.  
 Culta putres sanat diua Appollonia dentes.  
 Otiliae uirtus lippis medicatur ocellis.  
 At scabiem pellit, sanatq; mala hulcera Rochus.  
 Est cuius nomen uersu non dicere possis,  
 Is ualeat aduersus pestem & contagia, cultus.  
 Porro Valentinus morbum spretoribus addit  
 Herculeum, auxiliū contrā implorantibus affe  
 Saltantes Vitus praesenti numine sedat,  
 Ac reddit mentem precibus donisq; uocatus,  
 Ilia procurat tormenta q; uentris Erasmus,  
 Ut dorsi spinam & scapulas Laurentius assit.  
 Blasius anginam miris quas consecrat undis  
 Arcet ab armentis, gregibus, nuribusq; uirisq;  
 At captiuorum Leonhardus uincula rumpit,  
 Carceris & portas reserat, crassasq; catenas  
 Frangit, & ade sua ferri uim possidet amplam.  
 Quartanā reliquasq; febres Petronella repellit,  
 Diraq; Ioannes proprio à cultore uenena:  
 Quod Benedicto etiam tribuunt, satis ut sit ubi  
 Auxiliū in diuis. Quid enim tu reris omissum?  
 Utq; improuisum, sic formidabile lethum

## Liber III.

115

Auertit Marcus, fato uiolentior ipso.  
 Diuitias lautumq; suis cultoribus Anna  
 Largitur uictum, rerūq; est prompta repertrix  
 Amisarum: id quod fausto quoq; numine fertur  
 Cultus largiri Vincentius, haud scio quisnam.  
 Contra ignominiam turpem Susanna uocatur.  
 Pellit ab obsessis Romanus dæmonas omnis.  
 Contractos sanat Wolfgangus episcopus artus.  
 Vuendlinus custodit oves, ouiumq; magistros,  
 Atq; boues idem pinguis, ut fecit & olim:  
 Setigeros uero porcos Antonius ille,  
 Qui coluisse olim uastam narratur cremum.  
 E domibus mares abigit, gliresq; nocuos,  
 Gertrudis quedam: penitusq; extinguit eosdem  
 Huldrichus præful, patriæ conspergine glebae.  
 Gregorius curat pueros, clementaq; tradit  
 Prima, deinde etiam studiorum instillat amorem.  
 Nicoleos nautas miseros tutatur in alto,  
 Et qui traisciunt uasti tumida & quora ponti.  
 Christophorus grandi depictus corpore uulgo  
 Curat idem, tantumq; aspectus noctis atroces,  
 Visus terroresq; arcet, somnumq; quietum  
 Certaque per uitam cultori gaudia confert.  
 Ne noceant ignes, surgantq; incendia dira,  
 Dat uirtus Agathæ: porro orta extinguere fer-  
 Florianus, ferro totus munitus, & urna (cur  
 Gauiter infundens. Vrbanus uina secundat,

h \* 115

Et multo replet spumantia dolia musto.  
 Iudocus fruges tristi à rubigine seruat.  
 Et bruchos tollit Magnus.tua cura Georgi  
 Sunt equites, magnaq; colunt tua sœdera pompi  
 Reges atq; duces, generosorumq; cateruae.  
 Curat equos faber Eulogius,tutatur & omnes  
 Fabros, seu ferrum tractent, seu pulchrius aurum  
 Omnia pictorum seruat collegia Lucas.  
 Cosmas cum socio medicos defendit & ornat.  
 Omnes quis numeret diuos, diuasq; Papatus,  
 Ad quos quisq; fugit cantu, prece, munere, culto  
 Quos uocat auxilio praesentia numina tanquam  
 Scilicet ignauum credunt, ualidéue furentem,  
 Curantemq; aliud nil quam pigra ocia Christum

Peregrina-  
tiones.

Non proprijs tamen in terris coluisse uidetur  
 Esse satis, nec idem uulgò, nec ubiq; locorum  
 Posse aut uelle putant sumptu magnoq; labore.  
 Terras longinquas adeunt, diuosq; fauentes  
 Ex uoto, uel sponte aliena per oppida querunt,  
 Et sua propitijs portant munuscula grati.  
 Nonnulli genio coguntur currere eodem  
 Peruerso, baculosq; ferunt, falcisue recurvas,  
 Quicquid & in dextris horam tenuere sub illam.  
 Illos qua mirus currendi propulit ardor.  
 Instrumentorum ac uasorum ita millia multa  
 Ratispona. Imbripolis tenet, insani monumenta popelli,  
 Quò nudi quidam potuq; ciboq; carentes

lherc.

## Liber III.

117

Luere, et pulchrae Mariæ dixere salutem.  
 Hæc satis impietas nequit ac insania dici.  
 Sunt qui magna domi priuata negocia linquunt,  
 Publica nonnulli quoq; commissosq; colonos,  
 Vxorem iuuenem, et gnatos, paruosq; nepotes,  
 Atq; peregrinatum abcunt per multa pericla,  
 Ut delicta pient, simul et cœlestia regna  
 Acquirant meritis. Errorum namq; choragus,  
 Ut magno impietas nimirum floreat auctu,  
 Non ubiuis, uerum in certis templisq; locisq;  
 Promisit ueniam delicti, omnisq; reatus.  
 Id credunt magni et parui, iuuenesq; senesq;;  
 Ergo Palæstinam uisunt, Solymæq; ruinas,  
 Aut Compostellam Pirenes trans iuga querunt:  
 Aut dominam ueniæ Roman, que scrinia plena  
 Multorum meritorum habet, et dispensat clementi,  
 Qui causa illorum longinquis uenit ab oris.  
 Quæritur in multis uirgo purissima terris,  
 Maximè Aquisgrani: nisi malit adire Britannos,  
 Qui premitur noxa, Christumq; abiecit Iesum:  
 Namq; illic per multa uadet, regnatq; potenter,  
 Ut fatuum reputent, Christum implorare puellū.  
 Sicq; alij diui sua habent quasi propria regna,  
 Exeruere suas ubi uires quemlibet erga  
 Orantem auxilium simul, et placabile donum  
 Crassis sacrificis templi monachisq; ferentem.  
 Quisq; suis offert pro opibus, censemq; litasse

**N**emo ritè, sua nisi pro re æquabile munus  
**O**fferat. Vnde uides gemmarum pondera rara,  
**S**ericeas uestes, argenti munera & auri  
**P**lurima: præcipue calices, paterasq; capaces,  
**P**onderis immensiq; cruces, cultasq; lapillis  
**Q**uos aut Oceanus mittit, uel subniger indus.  
**R**idet ibi smaragdus, lucet carbunculus ardens.  
**A**lbet onyx gratum, rutilatq; byzinctibus ancenū.  
**A**lsunt sapphiri grandes, adamasq; & iaspis,  
**C**hrysolithusq; opalusq; uarius, beryllus, achatē  
**E**t preciosorum lapidum quod possidet orbis,  
**M**agnorum diuis quondam data munera regum.  
**A**dstant candelæ crassæ, quas ambiat ulnis.  
**V**ix q; squā, numerus quoq; magnus deinde minor  
**C**ircunstant cera facti forma atq; statura (rum)  
**Q**uisq; sua, pueri, iuuenes, matresq; patresq;  
**Q**uin & oves, porciq; bouesq; acresq; caballi.  
**E**t statuæ forma uariæ, quas dicere longum,  
**Q**ue referunt clarè depulsi signa pericli.  
**V**estes quis dicat Missales? thuris acerræ?  
**R**elliquias, thecasq; harum? candelabra magna?  
**E**t uexilla alijs cum quæ sacraria condunt?  
**Q**uicquid donandum diuis est, quisq; libenter  
**D**onat: paupertas nullum, nec tardat egestas.  
**I**ntercessores ut sint, uigilesq; patroni,  
**P**arte & in extrema uite ad cœlestia ducant  
**R**egna. Quis haud uideat plus illos credere diuis  
Quæ

Quām Christo, cui uix obolū dant: raraq; templo  
 Omnibus in terris illius habentia nomen  
 Cernis, diuorum uero sunt omnia plena.  
 Christus eget, Cr̄cesum superat Paulusq; Petrusq;  
 Et Mariæ idolum Salomonem uincit amictu,  
 Cumq; Mida posset fictus certare Iacobus.

Nec tamen in diuis h̄eret fiducia tota,

Merita.

Et cultis licet haud audent committere uitam,

Vt nusquam stabiles fixiq; sed acris inter

Pendentes spacium, terræq; & qui neq; terram

Attrahere uelint, neque antq; euadere sursum,

Sed uiuentorum partes iacentur in omnes.

Factis conantur proprijs ascendere cœlum,

Et sibi confidunt multum, si multa precentur,

Atq; infinito delassent murmure linguam,

Aut eadem crebro Batti pro more loquantur.

Immensum censem meritum, ieiunia si qua

Seruauere, aut oua & carnes, lattis & usum

Vitarunt, sapidisq; implerunt piscibus aluum,

Continuo his factis rigida desistit ab ira

Omnipotens, cœliq; locum designat in arce,

Tantæ iusticiæ condignum autoribus. Et si

Dant eleemosynas, & frustum panis egenti,

Aut crasso tunicam filo, cœlestia sperant

Regna statim. Si quid monachis tēplisq; dederūt,

Aut sumptu proprio sibi construxere facellum,

Sacrificio adiuncto quodam, Missaq; perenni:

**T**um uero turgent bellè, sperantq; salutem  
**T**antis ex meritis: et sollicitudine magna  
**T**orquetur dominus, quo pacto tanta rependat.  
**S**i sancta iuu sunt loca, religionis et ergo  
**A**d diuīm statuas ueniunt per multa profecti  
**T**errarum spacia, aut etiam trans æquora ponti  
**I**n Syriæ fines, uasta aut deserta Canopi:  
**P**rotinus hoc factio culpa soluuntur ab omni,  
**V**t canis à fuscis feruenti æstatis in hora  
**P**ulicibus. Fidunt autem, meritisq; tumescunt,  
**D**eprimere ut possit conceptum nemo tumorat  
**H**inc redeunt læti, æquoreis septi undiq; conchis  
**E**t multa stanno, fluido uel imagine plumbo  
**F**usa contexti petasos et pallia circum,  
**O**stentantq; alijs, meritorum et pondera narrat  
**O**mnia pro meritis faciunt, studioq; requirunt  
**O**mibus ex rebus meritū. Nēc his peccata  
**A**tq; uiam credit ad celsa aperirier astra. (mitti  
**Q**uare si desunt propria, aut sunt paucula certe  
**D**ant nūmos, coemūtq; aliena, atq; optimā ferm  
**A** monachis, sua qui miseria uenalia passim  
**P**rostituunt, huiuscmodi ut qui rebus abundent  
**E**t se perfacile seruent, aliosq; uolentes  
**P**articipes fieri meritorum pro ære suorum.  
**V**idi ego depictam magnam celsamq; trircemem  
**L**euibus impulsam uentis, cursuq; secundo  
**M**undi huius pelagus fluctusq; secare frenentes

### Liber III.

121

Iamq; ad reclusas cœli contendere portas.  
Soli inerat monachi, supraemaque membra Papatus  
In celsa puppi, plebs cum pastoribus extraxit  
Iam submergendi nabiuit in gurgite vasto,  
Vt rasq; ad monachos tendentes cum prece palmas.  
At monachi contos longos, tortosq; rudentes  
In mare iactabant miseris, paucosq; trahebant  
In nauem affixos, prensis paucosq; capillis.  
Vnde uides monachorum absq; auxilio meritissimorum  
Nullum seruari: Stygijs sed mergier undis,  
Omnes qui monachi non sunt, meritis sue trahuntur  
Tam sacræ gentis, nauiq; feruntur eadem.  
Hinc merita illorum facui mercantur aselli. (scutum)  
Nec tamē his animus satur est, nec corda quie- Indulgen-  
Turbida, quæ Christum spernunt, alibiq; salutem tie.  
Sollicitè humanis freti audent querere nugis.  
Quare illis indulta Papæ largissima uendunt,  
Gratiæ & immensum thesaurum, proq; reatu  
Sanctorum merita expendunt redditumib. auro.  
Non stultus Papa, qui tali aucupioq; doloq;  
Colligit argentum: stulti, qui talia credunt,  
Et sua pro nugis tribuunt mendacibus ultro.  
At pannus tonderi (ut habent proverbia) plane  
Hoc debet pacto, ne fors lædatur edaci  
A' tinea. Christo nolunt confidere soli:  
Digni igitur, quæuis ut emant mendacia magno,  
Curramq; huc illuc, nec possint figere plantam:

b s At

At semper dubitant, factum nunquando satis sit.  
 Aucupiū hoc populos spoliauit & omnia regna  
 Ingluuiemq; Papæ magnam saturauit abunde,  
 Qui solet assidue cœlorum uendere regnum.  
 Ponitur in templum ferro cista undiq; cincta,  
 A' tergo ualida ad pilam religata catena.  
 Os patet angustum, quo uix Iоachimicus unus  
 Intrudi posset. mox ad suggesta subornant  
 Clamofos fermè monachos, aliōsue pudoris  
 Qui sint immemores, nec ducant impia quæuis  
 Turpe loqui, allatas qui merces laudibus amplis  
 Accumulat, preciū exponat, hortentur et omni  
 Qui propriæ externæ ue uolunt geſiſſe salutis  
 Curam, & non grandi summa delicta piare  
 Plurima, quin animas atris subducere flammis  
 Defuncti patris, matris ue, & cui atq; mariti.  
 Et quicquid charum terras uitamq; reliquit.  
 Ut ciste memores sint, proq; suo atq; suorum  
 Argentum appotent capite, ut ne tanta salutis  
 Surdos prætereat, parcasq; occasio dextræ.  
 Quis non se seruare uelit? Quis seq; suosq;  
 Vel summa grandi diuina haud liber et ira?  
 Vera impostores modò si loquerentur acuti,  
 Talibus & fucis non res animasq; necarent?  
 Adfert argentum persuasus sexus uterq;  
 Coetui & annumerat prope cistā ex more sedi  
 Qui ne suspicio fraudis falsiq; notetur,

Litteræ

Liber III.

123

Litterulis firmant cuncta, appensisq; sigillis, (est:  
Nominaq; inscribit emptorū, et pro qbus emptiū  
Vel uiuos, uel quos Acheronitis detinet unda.

Lætus abit quisq; haud gnarus fraudisq; doliq;  
Ipse suum quamvis genium fraudarit emendo.  
Contrā illi rident, prædaq; fruuntur opima,  
Solliciti nec de uiuis, nullisq; sepultis.

Hic ubi comparet partæ fiducia uitæ  
Per Christum, & uicti Satanae, noxæq; remissæ?

Nunc fortè illorum censes requiescere corda Tabellæ &  
Tot meritis rebusq; emptis, nec querere quicquā idola.  
Ultrà. Erras: in quaq; sacra sunt æde tabellæ  
Fixæ parietibus, uel stantibus ordine pilis,

Vel Mariæ, uel Seruatoris imagine pictæ.

Sunt statuae horum etiam fictæ sculptæ ue perite,  
Inscripsere quibus sanctissima membra Papatus:  
Coram hoc idolo deuota mente precatus

Si fuerit quisquam, certosq; absoluere orbes

Præscriptæ precis, is delicti indulta meretur

Plurima, poenarumq; haud paucos diluit annos.

Huc fugiunt ergo paßim, & reuerenter adorant  
Corpore prostrato, genibusq; in puluere fixis.

Hec simulacrorum nonne est ueneratio certa,  
Impius & cultus contra mandata Tonantis?

Si coelum tonat, & tempestas sœua timetur,

Mirū quam trepident miseri, quam nulla superstite  
Vera fides; quam cuncta infida habeantq; putetq;

Campans

& alia

Actutum

Actutum editius campanas concutit omnes,  
 immenso sonitu & solito uiolentius, usq;  
 Dum tristi cessent resonare tonitrua cœlo.  
 Nam baptizatis credunt huiusmodi uires

Rationale di  
rrorum. Vidi ego Numburgi quodam in regione Toring

Campanam, de se titulo quæ talia magno  
 lactabat: Dicor Maria, (in baptismate nomen  
 Scilicet inditum erat) confringo tonitrua pulsū,  
 Pello nocua, fugoq; eadem cacodæmonas omnia  
 Talia quum possint, nō mirum mhercle Papist  
 Ad pulsum illarum fugere, impendente ruina  
 Grandinis, aut nymbi, penetrantisq; omnia teli  
 Insuper accendunt candelas uiribus iisdem  
 Pollentes, nec non quas dicunt nomine palmas:  
 Sunt autem salicum rami, frondesq; sacratæ.  
 His factis, credunt ex tempestate timendum  
 Esse nihil sibi, nec pecori, nec frugibus arui.  
 Sunt tamen haud pauci, propriā qui credere  
 His nolint solum, fugiunt queruntq; latebras  
 Sub gradibus scalarum. illic mala fulmina namq;  
 Posse nocere negat, timidū aut attingere quēqu  
 Sunt qui speluncas & subterranea cursu  
 Antra petant, simulac cœli audiuer fragorem.  
 Hic ubi diuini fiducia certa fauoris  
 Cernitur? in q; malis speratur casibus uno  
 Auxilium à Christo? diuinæ ubi sc̄ & sua credun  
 Cattif

Cuncta uoluntati, uerbis ut in anibus orant?  
 An non catholici sunt, & gens bella, Papistæ,  
 Præsidio quibus est campanæ pulsus ahene,  
 Scalarumq; gradus, flammis & ramus adustus,  
 Et candela accensa, cauæq; foramina terræ?  
 Tales olim habuere deos, & talia prorsus  
 Gentes præsidia, ad quæ configere periclis.

Quin delicta etiam sacratæ aspergine lymphæ Aqua bene-  
 Deleri credunt, procul & cacodæmonas atros dicta.  
 Pelli: nēpe quibus tormentū pergraue, gutta est.  
 Sepius aspergunt igitur sese, populumq;  
 Dextrisq; excipiunt tensis, & uertice aperto,  
 Eius aquæ guttas summi docti q; Papistæ:  
 Semper & in templis medijs atq; ostia propter  
 Amula cum aspergillo astat, ne copia desit  
 Dæmonas arcendi, delendi q; omnia uitæ  
 Crimina. Priuatas etiam portatur in ædes  
 Illa aqua, conßerguntq; domū, conclavia, lectos:  
 Nemo nisi aspersus digito sua limina transit,  
 Rebus ita in multis est huius maximus usus:  
 Nec mirum, tantæ quam sit uirtutis, opisq;  
 Delingunt etiam uulgo res propter easdem  
 Grana salis, pueris q; eadem bobusq; ministrant,  
 Dæmonis incursu ne quid lædantur iniqui,  
 His quid opus Christo, minimo qui magna labore  
 Efficiunt: delent peccata, & dæmonas arcent  
 Aut aquilæ gutta, candens uel salis esus

Rationa. dini  
norum.

His

**Monachas.** His quoq; nō plenē possunt, nec fidere semp̄  
tus. Verūm diuexat mala desperatio multos,  
Quod nullum possint uerum reperire leuam̄  
Noxas aduersum, mortemq; iramq; Tonantii  
Ad monachatum ergo fugiunt post omnia cacti  
Credentes illic mentis consistere pacem,  
Criminaq; assiduis meritis, stultoq; cucullo  
Deleri penitus: certamq; uiam esse salutis,  
Si tribus innexi uotis ieiunia seruent  
Præscripta, atq; preces, &cetera ludicra mul  
Mollia perq; omnem deuident balnea uitam,  
Discretisq; habitent ( solet ut Carthusia ) celli  
Porro alij extremo linquendæ tempore uita,  
Præsertim docti, nummatiq; atq; potentes,  
Ad Franciscanum fugiunt sine mente cucullo  
Quo factō, penitus credunt delicta remitti,  
Haud aliter sacro quam si baptismate tincti  
Essent, ad uitamq; nouam iustumq; renati.  
Sic habitu in sacro coram apparere Tonante  
Vana contendunt spe. quamuis tota sit acta  
Flagitijs uita, absq; Deo, Christoq; salutis  
Autore atq; datore uno. An spes ista fidesq;  
Catholica apparet, diuinaq; scripta secundum

**Exequiae.** Nil tamē est actum diuis, meritisq; coemp̄  
Et factis proprijs, indultisq; atq; patronis,  
Nec Missis, rebusq; alijs quas diximus ante.  
Hactenus addubitant an sint peccata remissi

An satis, an nondum, diuina quieuerit ira: (bem.  
 Haud secus ac Turcæ, gensq; impia quæq; per or  
 Nam mihi, quo pacto concludant, affice, uitam  
 Quippe sacerdoti sua tunc *delicta* fatentur,  
 Atq; absoluuntur mercata diplomata iuxta  
 Omnisbus à culpis. Si uero ea forsitan absunt,  
 Cum meritis hinc in medium benefacta feruntur,  
 Et mala quæ passus quisq; est, uitæq; pericla,  
 Quorum respectu noxa absoluuntur ab omni.  
 Insuper & uero uescuntur corpore Christi,  
 Daemonas aduersum, dentesq; & atrocias Auerni  
 Guttura, quo tuti sint, atq; euadere diro  
 (Quem finxere ipsi) purganti detur ab igne.  
 Quin etiam diuis ad opem postrema uocatis  
 Vnctio suscipitur, non contemnenda medela  
 Scilicet aduersum culpas, mortemq; frumentem,  
 Cætera prætero prudens, quæ sedulò quisq;  
 Curat agens anima. Nec post tamen ista quiescunt,  
 Nec possunt culpis se sperare solutos,  
 Placatumq; Deum, atq; exemptos fauibus Horci  
 Plenè et perfectè. Dubitant, trepidantq; timetq;  
 Culparum restare aliquid, feruentis & iræ.  
 Exequias igitur magnas post ultima mandant  
 Fatasibi, cantus nocturnos atq; diurnos,  
 Missas sexcentas, ardentia nocte diéque  
 Lumina, conditum comitatum ad facta sepulchri  
 Antra cucullati generis, rasiq; precatu

Inferne quorum releuentur deniq; poenæ.  
 Conducunt etiam psalteria, certaq; mandant  
 Pauperibus tribui certo uel munera templo,  
 Aut monachis, rafisq; alijs, captantibus illum  
 Perpetuo questum, ut precibus meritisq; nocenti  
 A poenis redimant animam, donentq; beatis  
 Sedibus. Huc etiam consuetè pertinet illud  
**Q**uod sibi septenis quoq; tricenisq; diebus,  
 Et redeunte anno ferri mandantq; uoluntq;  
 Inferias. Adeò nihil est fiduciq; spei q;  
 De uita æterna, patris & cœlestis amore.  
 Nam Christū ignorant, meritumq; illius, et omni  
 Officium: mortem in cruce cur tolerarit acerbā,  
 Prodieritq; patris iussu rediuius in auras.  
 O miser as gentes, quarum fiducia nusquam  
 Certa sedet, dubioq; salus committitur alto, &  
 Fluctuat æternum. Quæ finis deniq; restat?  
**Q**uod premium dubie, nisi condemnatio, mentis!  
 Sed totus dubitat, dubitare docetq; P. ipatus,  
 An simus iusti, num sint peccata remissa,  
 An nobis faueat pater, hæredesq; suos nos  
 Gnatireddiderit meritis, claroq; triumpho. (stt.  
 Et tu catholicos censes? An sunt hi Ecclesia Christi  
 Qui nihil auscultat Christo, euertutq; triumphū  
 Illius, & mortem: potiusq; ad cuncta creata  
 Confugint, quam ad eū cui rerū credita summa  
 Cum Turcis equidem mente & qua credere uelle,

Vt cum credenti tradentiq; ista Papatu.  
 Quid refert etenim, utrorum uestigia sectans  
 Dispeream? Tam nō in Christum nempe Papatus  
 Credit, quām Turcæ. Fiducia dicit inanis  
 Utrumq; imperiū. Christi modò nomen, utrumq;  
 Nouit, & historiam: factis, cultuq; fideq;  
 Virtutem negat ac reicit, benefactaq; temnit.

## LIBER QVARTVS.

**V**T uero credunt & tradunt uana Papistæ,  
 Sic doctrinæ etiam fidei q; per omnia uita  
 Consentit, fasti q; & totum festa per annum  
 Cultum idolorum referunt, moresq; prophanos.  
 Vnde, licet doceant nihil, & sua dogmata celent,  
 Quæ tamen haud uno cōtentā uolumine prostāt,  
 Discere per facile pōssis an Catholici sint,  
 Simplicis & fidei cultores, & simul unum  
 Credant in Christum. Sanus proin arbiter esto,  
 Omniaq; attente iusta pensato bilance:  
 Simpliciter tibi proponam non omnia quamuis,  
 (Quippe quis hoc pōssit?) uerū notissima tātū,  
 Per nostras tendit quā se Germania terras.  
 Primum non paruo ponunt discrimine soles:

Cō. 26. q. 7.  
 Si quis. Non  
 obseruetis.  
 Quis.  
 q. 2. Nos pla-  
 netarios. Sed  
 & illud.  
 q. 5. Nō liceat;

Omnibus haud idē ualor est, eadem ut potestas.  
 Verū Aegyptiacos quosdam, plenosq; pericli,  
 Quosdā extra numerū reputat faustosq; bonosq;.  
 Haud secus & noctes discernunt. omnibus idem  
 Cet non extiterit bonus omnipotensq; creator.

Astrologis etiam præbent nugantibus aures,  
 De uarijs cuiusq; errorum aspectibus horæ:  
 Quo sit conceptus quisq; aut quo sider enatus  
 Quæ bona, quæ mala per uitâ unūquēq; sequit.  
 Hinc metuunt sperantq; sibi falsissima certa  
 Eventura, Deo ut qui nec se nec sua credant,  
 Sed rerum curam tribuant cœloq; planetisq;  
 Haud uenam incident, nec eunt ad balnea loli  
 Nec demunt ungues, resecant nec forpice crit  
 Non etiam ablactant pueros, nec stercore ten  
 Lætificant, sua nec medicinis corpora sanant,  
 Nec quicquam faciunt aliud, nisi sedulò lunam  
 Observent, cursusq; astrorum, ortusq; obitu  
 Quæ ueræ prorsus fidei Christoq; repugnant  
 Quæ monui primum, ne sit memorare necesse  
 In medio cursu, nunc ad concepta reuertor.

## Aduentus.

Hebdomadas tris ante diem qua natus est  
 Creditur, atq; die Iouis, & pueri atq; puelle  
 Discurrunt, pulsantiq; palam ostia cuncta doma.  
 Aduentum Domini clamantes, forsitan haud  
 Nati, ac optantes felicem habitantibus annun  
 Inde nuces capiunt, pira, nummos, poma, placenta  
 Quisq; lubens tribuit. tres illæ namq; putantur  
 Noctes infaustæ. Satanæ nocumenta timentur.  
 Sagarumq; artes, odiumq; immane, Papistis.  
 Illis diuinant etiam inquiruntq; diebus  
 Aptæ connubio iam lasciuæq; puellæ

Non

Nomine de sponsi, quicunq; est ille futurus.  
 Quattuor accipiunt cæpas, uel quinq;, uel octo;  
 Atq; indunt certum nomen, præ alijsq; cupitum,  
 Cuiq; dein propter fornacem ex ordine ponunt.  
 Et quæ prima suum protrudit cæpula germen,  
 Illius haud dubie nomen quoq; sponsus habebit.  
 Inquirunt etiam sponsi moresq; animumq;,  
 Sol postquam occiduus cœlum terrasq; reliquit.  
 Namq; strucm lignorū adeunt tum, perq; tenebras  
 Fortuito inde sudem casu queq; extrahit unam:  
 Quæ fuerit si recta, & nullis horrida nodis,  
 Commodus ac comis speratur ritè maritus:  
 Si uero prava, & nodis incommoda duris,  
 Improbulū ac prauū sperant obt'ingere sponsum.  
 Ista ferunt & alunt scelerati impunè Papistæ,  
 Quod fidei ignorent ueræ fructumq; scopumq;:  
 Et quiduis malint indoctam ludere plebem,  
 Quām uerū nosse, atq; Deo sua credere tantum;  
 Deinde uenit Christi natalis, de media quo  
 Surgitur ad Missas nocte. hec tā sancta putatur,  
 Ut quidam credant fontes mutarier omnes  
 In uinum subito, qua scilicet exist hora  
 In lucem Christus, subito quoq; rursus in undas.  
 Prætereā sunt qui nummos conamine magno  
 Obseruent, primos quoscunq; altare recepit,  
 Atq; oblaturi tacite surantur ab ara:  
 Quos & sacrifici rapiunt, ne subtrahat alter.

Natalis  
Christi.

i a Nam

Nam sc̄ lusuros toto feliciter anno  
 Depromptis credunt illis, nec perdere quicquam  
 Posse. statim ludunt ergo illa nocte gregatim  
 In lucem exortam, fidei faciuntq; periculum.  
 Quisq; die facit hac ter debita sacra sacerdos,  
 Vnde ferunt precium pro quoq; oblatāq; dona  
 Ne cui fortassis ludendi copia defit.

Ligneus in cunis puer hinc imponitur aræ,  
 Quem circum saltant leti pueri atq; puellæ,  
 Ludicra cantantes in laudem carmina Christi.  
 Versibus alternis succurrunt organa templi.  
 Praefecti, rasiq; astant, matresq; patresq;  
 Talem spectantes ludum, occentuq; iuuantes.  
 Forsitan hoc pacto quondam Corybantes in Ida  
 Nati uagitus Iouis abscondere canendo,  
 Circumq; in numerum saltando et pulsibus æris  
 Ne pater arreptum scelerata conderet alio.

**Stephanus.** Mox sequitur Stephani festū, quo quisq; cabal  
 In campo exercet cursu, saltuq; uolucri. cloi  
 Dum fluat è toto fessorum corpore sudor,  
 Adq; fabros ductis mandant pertundere uenam.  
 Scilicet hoc prodesse ferunt, bac luce peractum,  
 Ne morbis illis illo tententur in anno:  
 Cornipedum Stephanus ceu curā gesserit unquā.

**Ioannes.** Ioannes calcem premit huic Zebedeia proles:  
 Qui quondam fertur truculenti uoce tyranni  
 Horrida compulsus potasse uenena. proinde  
Toxicit

Liber IIII.

133

Toxicane noceant, credunt præstare Papistæ.  
Quin & sacrifici sacratum illius honori  
Dant uinum populo, uenienti non sine nummis:  
Post & pastilli uino finguntur eodem,  
Sexas contra hyemes, ledentesq; arua pruinæ,  
Præstigiumq; illis aliud multumq; patratur:  
Robusti ut fiant, potant hac luce mariti:  
Formosæ ut fiant autem, grataq; puellæ.

Postera lux recolit Herodis facta cruenti,      Innocetes.  
Quum Christū querēs æternū extingüere regē,  
Sustulit infantes bimulos, omnesq; minores.  
Illos inclamant miseri, multumq; precantur,  
Vt sua apud Dominiū cum pœnis crimina tollant.  
Mane statim primo gnatos gnatasq; parentes,  
Nil meritos cedunt uirgis, iuuenesq; puellas,  
Et famuli famulas: monachi quoq; mutuò sese,  
Aut omnes cedit Prior, aut fanaticus Abbas,  
In puerorum illorum, aut certè Herodis honore.

Post cæsis Iani tribuuntur dona Calendis,      Circucisio.  
Atq; etiam strenæ charis mittuntur amicis;  
Coniugibusq; uiri donant, gnatisq; parentes,  
Et domini famulis, anni felixq; precantur  
Principium, gentis pagano more togate.  
Debita nemo petit totis his octo diebus,  
Selectisq; onerant dapibus mensasq; focumq;  
Panęq; uescuntur miro, magnisq; placentis.  
Ludunt, compotant, incunt coniuia leti:

i    3    vt

Ut si fortassis coepto moriantur in anno,  
 Se tamen explerint prius, antiquamq; nouarint  
**Epiphania.** Hoc modo amicitia. Venit hinc lux alma Mago  
 Qui procul ex Persis nato donaria Christo (rum  
 Stella portarunt duce. Reges hosce fuisse,  
 Et tres duntaxat censem, creduntq; Papistæ.  
 Conueniunt igitur multi certiq; sodales,  
 Atq; creant aut sorte aut per suffragia regent.  
 Is creat inde sibi regali more ministros.  
 Tum coniuuantur multis luduniq; diebus,  
 Large continuaq; trahunt ex ordine mensas,  
 Dum loculi uacui fiunt, et creditor instet.  
 Horū etiam pueri confessim exempla sequuntur,  
 Et rege electo pompas mensasq; frequentant,  
 Vel nummis furto rapiunt, sumptu ue parentum,  
 Ut simul et luxum discant, scelerataq; furtæ.  
 Hac etiam luce adium herus, comisq; patronus  
 Quisq; facit magnā pro opibus cœtuq; placenta,  
 Vnum cui nummum, simul ut cōspēgitur, indit.  
 Hanc secat in multas, ut turba domestica suadet,  
 Particulas, datq; uni unam cuiq; attamen ista  
 Lege, suas habent puer ut, uirgo q; magi q;  
 Quædein pauperibus sub eorum nomine dantur.  
 Ast omnes inter cui pars fortè obtigit illa  
 Quænummū retinet, rex ille agnoscitur, et mox  
 Tollitur à cunctis clamore ad sidera magno,  
 Qui creta accepta, crucibus laquearia pingit

Omnia

Omnia: uis ingens illis & magna potest as  
 Demonas aduersum, lemuresq; artesq; magorū.  
 Tāta potest rex, tant a cruce, quas dextera pingit  
 Aut pueri insani, aut famuli, dominiue prophani.  
 Cautē bis senas obseruant deniq; noctes  
 A' natali, ut thus succendat in ædibus unus-  
 Quisq; pater, mēsæq; imponat nocte propinqua  
 Integrum panem, ad prunas & thuris odorem.  
 Cernuus ipse astat primus, naresq; oculosq;  
 Fumigat, ac aures, & aperto ore haurit odorem.  
 Hunc sequitur coniunx, & tota domesticata turba.  
 Hoc prodeesse ferunt, ne dentes, lumina, nares  
 Atq; aures anno morbis uexentur in illo.  
 Postquam omnes sumum thuris cæpere Sabæi,  
 Prunas insperso thure ilicet arripit unus,  
 Ast alter panem, reliqui quo ritè sequuntur,  
 Circumeuntq; ædes prælato lumine noctu,  
 Ut ne dira fames defec tu panis & escæ  
 Intret, neu sagæ noceant molimina diræ.  
 Sunt qui duntaxat faciant tris talia noctes,  
 De causis iisdem, totum tutosq; per annum  
 Se credunt fore: se Christo audet credere nemo.  
 Noctibus his etiam diuinant, atq; diebus,  
 Totius ingressi de tempestatibus anni,  
 Vnum mensem uni tribuentes sorte dici.  
 His etiam coount iuuenes per rura diebus,  
 Ascaule assumpio, uicosq; urbesq; propinquas

Vestibus accedunt cultis, cantantq; domatim  
 In propriam cuiusq; incondita carmina laudem,  
 Vnde ferunt nummos, magnamq; per ocia prædi-  
 Vcl sibi, uel templo uici, quasi non alioquin  
 Passim à mendicis populus, monachisq; grauetur.  
 Sunt urbes, ubi coniuncti pueri atq; puellæ  
 Hæc eadem faciunt, simulac noctescere cœpit,  
 Poma nucesq; ferunt cum nummis atq; placentib.

**Agnetes.** Virginis Agnetis sequitur lux, haud ea sane  
 Germanis adeò solennis, festaq; uerum  
 Grata est Romanæ multum primoribus aule,  
 Principium ut magnæ prædæ, questusq; futuri.  
 Namq; in ea binos agnos candore niuali  
 Agnetis templi monachæ primam super aram  
 Dum celebrantur sacra, Dei cantatur ex Agnib;  
 (Ad rem nēpe hæc cuncta) solent offerre quotā,  
 Hos dein Pontificis mittunt in læta ministri (nis.  
 Pascua, tondendi dum opportuna appetat hora  
 Candida detonsæ miscetur tum altera lance,  
 Indeq; prægnanti torquentur stamina fuso,  
 Ex quibus arguta texuntur pallia dextra,  
 Tres lata, ut multum, digitos, formataq; in orbē,  
 Præsulum ut obnubant humeros. Ea pallia uero  
 Sic humeris imposta, à tergo ex pectora partem  
 Non adeò longam demittunt, infima cuius  
 Plumbea (tecta tamen peplo atro) lamina munit,  
 Illa sed in nodum postremò desinit arctum.

O' fauila

## Liber IIII.

137

O' fausta Agnetis lux, & lucrosa Papistis,  
 O' preciosi agni. o fortunatissima lana.  
 O' quam netrices sunt, textricesq; beatæ,  
 Quæ tractant manib. lanā illam, ac pallia texunt  
 Virtutis tantæ ac precij. Nam plena potestas  
 Præsulibus confertur ijs, coguntur & illa  
 Metropolitani magno mercarier, auri  
 Octo, decem, triginta interdum millibus, antè  
 Et sua quām bis ter repararit cornua Luna.  
 Nec ueteri licet aut defuncti Præsulis uti,  
 Ante nec acceptum proprium, ullū munus obire  
 Præsulis, aut clarum Patriarchæ sumere nomen.  
 Scilicet aucupio consultum ritè Papali  
 Omnibus in rebus, populos ut mungat inertes,  
 Criminis absq; metu ueteris poenæq; Simonis.

Forfitan agnorum uis non est tanta sacrorum,  
 Lana nec est tanti ex se, textricumq; labores,  
 Aeruscatores ipsi quòd nempe uidentur  
 Dicere. Pallia cuncta etenim sic facta ministri  
 In templum portant, Petri de nomine dictum:  
 Quæ tum illic summa conduntur nocte sub ara,  
 Relliquis imposta Petri, Pauliq; sodalis.  
 Inde trahunt succum sanctum, cœlesteq; robur,  
 Vimq; potestatemq; omnem, magnumq; ualore,  
 Spiritus afflasset cunctis quasi pallia donis.

Relliquiæ miræ ac sanctissima corpora Patriū,  
 Palliolo uili conferre ualentia tantum?

i 5

Quis

Quis non uos adamet plus, quam spirātia quōdā,  
 Præsulibus lectis quum pallia nulla dabatis,  
 Nec tot alebatis uentreſ, rasasq; cohortes  
 Caldis offucijs, imposturisq; dolofis?  
 Nunc datis argento, ac ingens corraditis aurum  
 Omnibus ē terris, sceleratā & pascitis aulam.  
 Absit ut hoc credam de uobis. Sed quid in orbe  
 Tā sanctum fuit, aut est, quod funesta Papatus  
 Colluicies non ad questum conuerterit? Ipse  
 Non Deus est tutus. Demonstrāt deinde Papista  
 Huius pallioli quis nam introduxerit usum.  
 Hic immensa caui spirant mendacia folles.  
 Patribus à priscis aiunt fluxisse, nec ipsum  
 Petru onerare audēt tamen ( id mirabile ducat)  
 Tanta stulticia, tantaq; cupidine regni.  
 Inuenisse Linum dicunt, qui proximus urbem  
 Rexerit à Petro, nūm irum ut lancea uestis  
 Linei Ephod quondā impleret nomēq; locumq;  
 Tunc Agnes ubi erat? Quis binos obtulit agnos?  
 Misſa ubi tūc celebrata est, nūc ut habetur in usu?  
 Immō Papatus ubi tunc, atq; monarchia tristis?  
 Certè Augustini data non sunt pallia seculo  
 Romæ præsulibus quo cunctis æqua potestat  
 Stabat, Romanus licet excellebat honore.  
 Sic pudor est nullus mentiri quæq; Papistis,  
 Purifica- Dūmmodo conuerrant aurum, regnūq; paretur.  
 tio. Pōst uenit illa dies, qua Chris.ū uirgo parēti  
 Obtrudit

Obtulit in templo, Mosis prescripta secundum.  
 Tum candelarum uim magnam sexus uterq;  
 In delubra gerit, quas pastor consecrat aræ  
 Impositas, magna pompa, uerbisq; tremendis.  
 Post accedit quisq; suam, dum sacra trahuntur.  
 Sanctulus ille sibi prorsus, magnus q; uidetur,  
 Qui multum ceræ candelam finxit in unam:  
 Felix, clara et uia à cuius flamma relaxit.  
 Mira est candelis illis et magna potestas:  
 Nam tempestates creduntur tollere diras  
 Accensæ, simul et sedare tonitrua coeli,  
 Daemonas atq; malos arcere, horrendaq; noctis  
 Spectra, atq; infastemala gradinis atq; primum.  
 Quam facile hi possunt omnes sedare tumultus  
 Et coeli et terræ, pelagiq; ut credere Christo  
 Nil sit opus, ueroq; Deo committere cuncta?

Blasius inde bonus sequitur, qui ceream et ipse Blasius:  
 Candelam, sanctasq; undas cultoribus offert,  
 Quo satis aduersum sint multa pericula tuti.  
 Vidi exhauriri quinq; aut sex dolia lymphæ  
 Magna horis paucis, uno illius osse sacratae:  
 Inq; alias urbes ferri, uicosq; remotos.  
 Tanta supersticio quæuis sibi seria poscit.  
 Interea Dominum coeli, Christumq; requirit  
 Nemo, nec illius credit speratq; fauorem.

Porro quum tadem lux quinquagesima uenit, Quinqua<sup>2</sup>  
 Moreq; solenni ieunia longa propinquant, gesima.

Tum

Tum uero insani fiunt iuuenesq; senesq;  
 In quartam usq; diem, quæ Bacchanalia dicas.  
 Potibus atq; cibis indulgent nocte dieq;  
 Porci cæduntur passim, farcimina regnant:  
 Alea quassatur, chartæ rumpuntur ubiq;  
 Omnibus in domibus clamor, risusq; furorq;  
 Laufaq; certatim stratis conuiuia mensis.  
 Et uarij fiunt ludi, metus & pudor absunt,  
 Nullaque seruatur penitus reverentia lingue.  
 Cuncta licet, fiuntq; ferè, nec omittitur ulla, (pt. 1)  
 Quam modò concipient animis, placeatq; uolunt  
 Haud aliter q; cras morituri. Maximus ille est,  
 Laudibus & summis dignus, donandus & auro,  
 Rem fatuam qui præ reliquis excogitat ullam,  
 Aut facit, huic plaudūt, hunc spectat, atq; cachin  
 Excipiunt: sequitur pueroru magna caterua (no.  
 Clamatum, fatue, aut stulte, atq; huiusmodi mul-  
 Ille sibi interea placet, egregiusq; uidetur: (td.  
 Nec uerbis ullis, turbæ aut clamore mouetur.  
 Sunt qui concurrant infestis eminus hastis,  
 Aut pugnam armati coeptent, aut altera quædam  
 Ridenda & iucunda edant spectacula plebi,  
 Pro certa uini mensura, cuiq; frequentes  
 Ad sunt fautores, ad sortem utramq; parati.  
 Ast alijs horribiles uultus, toruamq; figuram  
 Demonis induiti, tota spaciantur in urbe,  
 Atq; occurrentes terrent, puerosq; sequuntur.

## Liber IIII.

141

Pars currunt nudi, faciem duntaxat & ora  
 Coniecti laruis, ne cognoscantur ab ullo.  
 Vestitum sexus proprium commutat uterq;  
 Fœminea tum namq; uiri, contraq; uirili  
 Ornantur paßim lasciuæ ueste puellæ,  
 Sicq; edes adeunt uicinas, quoq; uolunt as  
 Impulit: ad ueteres quidam fortassis amicos,  
 Aut notos alios, ignoti, & pauca loquentes,  
 Propositæ carpunt epulas, & pocula siccant.  
 Sunt qui uestitu monachorum per fora currunt:  
 Reges se faciunt alij, magnaq; feruntur  
 Pompa stipati comptis multisq; ministris.  
 Ast alij fatuos excludunt, ut solet oua  
 Gallina, aut anser, uel anas excludere rauca.  
 Quadrupedes nonnulli incedunt more ferarum,  
 Pellibus induiti uarijs laruisq; timendis,  
 Sunt urſi atq; lupi, lyncesq; acresq; leones,  
 Suntq; boues: longisq; imitantur deniq; rostris  
 Veris auem, grallis nixi fultiq; præaltis,  
 Alisq; & plumis uestiti corpora circum.  
 Simile & arridet turpißma forma quibusdam,  
 Nonnullis fatui: quæ certè conuenit aptè  
 Omnibus, hæc Bacchi celebrat qui festa, Papistis.  
 Porro alij sterlus puluino per foraportant  
 Impositum, estq; unus qui muscas usq; flabello  
 Illi abigit, mucos utinam detergat & unus.  
 Ast alij formant hominem uel stramine magnum,

Vel

142 Regni Papistici  
Vel panno fartum ueteri intus, cæterà uero  
Vestes cum caligis habet et thorace uiriles;  
Hunc quasi de functu nuper, meritumq; suprema  
Velatum lodice gerunt, mox quattuor imis  
Finibus attractis astra ad sublimia iactant,  
Rursus et excipiunt, totam hæc ridenda per urbē  
Alternis faciunt. Sed nondum dico choreas  
Gestibus insanis turpes, lasciuiaq; multa  
Cætera, que curant totis faciuntq; diebus.  
Est ubi, si quis noti aut ignoti intrat in ædes  
Non prefatus, Cum uenia intro ac ex eo uestra,  
Illi constringunt post terga manus, ne q; refert  
Mas siet an mulier: tinnitu et peluis acuto  
Precedente, ioco ducunt lusuq; per urbem.  
Sunt certas qui habeat preculas tūc luce Gradii  
Quartanam contra, febrium totamq; cohortem.  
At ceparum alij committunt semina terre,  
Ut grandes fiant: apium et lactuca seruntur,  
Ut uireant semper. piget enarrare profecto,  
Isti Catholici faciunt quæcunq; Papistæ.  
Si terras nix altate git iam penel liquefcens,  
Tum uero fatuos multos magnosq; uideres.  
Namq; pilas faciunt niue certatim, atq; petunt se  
Mutuo, uicta quoad pars tota cedat harena.  
Non matrona senex, nec uir grauis atq; seuerus  
Præterit hos impunè: domi consistat oportet,  
Qui nitare cupit petulantū hoc tempore iactus.

Porro

Porrò patricij, clariq; opibusq; potentes,  
 Cum turba ne nil ipsi insanire putentur,  
 Ante trahas talem factas solerter ad usum,  
 Et bene cornipedem pastum, cursuq; ferocem,  
 Et phaleris cristaq; ornatum, cuius ab armis  
 Et fronte & collo centum resonantia pendent  
 Tintinnabla, magis solito ut spumantia mandat  
 Frene, atq; exultet, producunt, coniuge gnatisq;  
 Impositis. retrò stant ipsi lora tenentes,  
 Armatiq; flagro: mox per fora, perq; plateas  
 Prærapido cursu nimis audaciq; feruntur,  
 Turbida tempestas ueluti immanisq; procella.  
 E' medio fugiunt omnes, ceduntq; furori,  
 Dum pulchros illi et crebros raptentur in orbes.  
 Interdum siquidem coxas aut brachia frangunt,  
 Cornipedesq; trahasq; citato adeò impete rupunt  
 Nendum occurrenti parcant pueroue, uiroue.  
 Nec tantum luci rotat hæc insania dites,  
 Sed cursum iuuat in medias extendere noctes,  
 Vnde alijs adimunt somnum, capitisq; dolores  
 Inducunt magnos. faciunt uerum omnia flocci,  
 Dummodo queratur iugis constetq; uoluptas.

Postera Mercurij lux est, qua tēpla frequentes  
 Manè adeunt, ut nempe hesternæ facta diei  
 Expungant, tribuūt nūmum, cineremq; sacerdos  
 Inspargit capiti cuiusq; atq; expiat unda.  
 Miri sicè contrà, factum hoc, uenialia prodest,

Nullus

Nullus stulticiæ tamen est, nullusq; furoris  
 Terminus. intermissa instaurant prandia læti.  
 Et ludos repetunt, & laruas nocte repostas.  
 Sunt qui laterna mœsti, dum lumina Titan  
 Præbet mundo, exacta here Bacchanalia quærat,  
 Et clament passim: Quò Bacchanalia nobis  
**A**ufugere? cheu ueniant ieiunia dira.  
 Suspēdunt alij portantq; in pertica halecem,  
 Clamantes: Vltrā iam non farcimina, haleces.  
 Adiunguntq; suos ludos, & carmina risu  
 Digna, & præterea quicquid configere possunt  
 Stultum ac insipidū, moueant ut ubiq; cachinnos.  
 Mutuò se capiunt alij, ac in flumina portant  
 Contis impositos, ut festi quicquid inh. esit  
 Stulti, tollatur mersum fluuialibus undis.  
 Alliciunt alij pueros nucibusq; pirisq;,  
 Canticaq; ijs præcunt, et tota per oppida cantant.  
 Est ubi se sociant iuuenes tibicine sumpto,  
 Et famulas rapiunt ex ædibus, atq; ad aratum  
 Iungunt, quas scutica pellitq; ac dirigit unus.  
 Vnus item stiuam tenet: at tibicen aratri  
 Confidet in medio, ridendasq; occinit odas.  
 Vnus item sequitur sator, is uel spargit arenam,  
 Vel fatuo cinerem gestu uultuq; seuero.  
 Postquam luserunt ita per forā, perq; plateas,  
 Per riuum tandem ancillas & dicit aratum  
 Rector, et ad cœnā madidas uocat, atq; choræas.

Harum

Harum stulticiam perfectè nemo dierum  
 Dixerit, & ludos lasciuos, factaq; nequam,  
 Luce dein Solis deponunt ludicra tandem,  
 Sic tamen, ut potent, nec potis alea desit:  
 Postremò, Bacchoq; ita lux donatur & illa.

Inde eheu miseris ieunia longa sequuntur.

Quadraginta hanc lac, carnesue aut oua diebus Quadra  
 Gustant, delictumq; est uel gustasse butyrum. gesima.

Putria falsamenta uorant, piscésue recentes,  
 In loculis quibus est congesta pecunia crassis:  
 Rodere cepe licet, panemq; atrum sale sparsum,  
 Pauperibus, pingui aut scriblitas frigere oliuo.

Hec propter culpas finxit iussitq; Papatus,  
 Peccantem meritis populū ut subduceret Horco,  
 Omnia non credens olim peccata remissa.

Succurrit miseris tamen, argentoq; recepto  
 Omnia permittit, carnesq; indulget & oua.

Tum nigris uelis tabulæ & simulacra teguntur  
 Omnibus in templis, atq; ex laquearibus altis  
 Lintea dependent picta, indicentia plebi  
 Ieiuni tempus pariter, Dominiq; furorem.

Omnia coguntur sua proin delicta fateri  
 Edicto imperij sœuo omnes, morte tremenda  
 Proposita, si quis delictum absconderit unum.  
 Inde sacerdotum messis non parua, Papæq;;

Contrà carnificina uiget turpisima plebis.

Quarta dehinc uenient ieiunia sabbata cepti.

Lætare.

k Tum

Tum Papa confessis benedicit, soluit et omnes  
 Culpa, et iudicis legem confirmat apellis,  
 Sat quasi non firmarit eam Diuina potestas,  
 Aut quasi adhuc ualeat regnatis tempore Christi.  
 Tum pueri singunt cōtorto stramine monstrum.  
 Mortemq; appellant, magnoq; ex urbe paratu  
 In montes ualles ue ferunt, uicōsue propinquos,  
 Vnde reuertuntur cæsi iactiq; frequenter.

Multa quoq; à pueris hastili crustula circum  
 Fertur: habentq; duos, quorū unus dicitur Aestus.  
 Indutus cultu uiridi, florensq; iuuenta:  
 Alter Hyems, museo plenus, canusq; capillos.  
 Hi pugnant inter se, palmamq; obtinet Aestus.  
 Hinc abeunt comessatum, uinoq; replentur.  
 Cetera quæ faciunt ieconi tempore sacri,  
 Commemorare piget, nec idem seruatur ubiq;

Palmarum  
dies.

Hinc uenit alma dies, qua Christus creditur  
 Ingressus Solymam, dorso gestatus aselli. (ben)  
 Tum ridenda iterum faciunt spectacula Papistæ,  
 Insigni ualde pompa, facieq; se uera.  
 Ligneū habet asinū, et simulacrum equitantis in  
 Ingens: at uero tabula consistit asellus, (illo)  
 Quatuor atq; rotis trahitur, quem manè parati  
 Ante fores templi statuunt. populus uenit omnis,  
 Arboreos portans ramos, salicesq; uirentes,  
 Quos tempestates contra, cœlicq; fragorem  
 Adiurat pastor, multo grandiq; precatu.

## Liber I I I I.

147

Mox queruo se se coram prosternit asello,  
 Sacrificus longa quem uirga percutit alter.  
 Postquam surrexit, grandes de corte scholarum  
 Se duo prosterunt itidem mirabili amictu,  
 Cantuq; absurdo: qui ut surrexere, in acernum  
 Protendunt equitem digitos, monstrantq; canentes:  
 Hunc esse illum, qui quondam uenturus in orbem  
 Credentem Israel à iure redemerit Horci,  
 Cuiq; uiam ramis turba exornarit oliuæ.  
 His decantatis, ramos dehinc protinus omnes  
 Coniiciunt partim in simulacru, partim in asellu,  
 Cuius & ante pedes magnus cumulatur acerius.  
 Post hæc in templu trahitur, præeuntibus uncis,  
 Consequitur populus, quamvis certamine magno  
 Quisq; legat iactas asini ad uestigia frondes:  
 Falso etenim summis præsertim uiribus illas  
 Contra hyemes pollere putant, & fulmina dira.  
 Impia nonne hæc sunt: ita nonne idola coluntur?  
 Vidi ego cordatos reges, sed ritibus istis  
 Imbutos, genibus flexis procumbere coram  
 Talibus idolis, sumnumq; impendere cultum.  
 Est ubi nummati ciues, uulgoq; uerendi,  
 Non paucis redimunt nummis sibi iura trahendi  
 Huc illuc asini, atq; utuntur heriliter illis,  
 Non permittentes alium contingere quenquam.  
 Quippe putat magnu se Christo impeditere hono  
 Mureq; acceptos illi, & permulta mereri. (rem,

b a si

Si quis & hos asinos putet, haud errauerit hercle.  
 Talia quum faciant uncti, populusq; tributim,  
 Illico sestantur pueri post prandia: certum  
 Dicitur ædituo precium, damnumq; cauetur,  
 Assumuntq; asinum, & per uicos atq; plateas  
 Carmina cantantes quædam notissima raptant,  
 Quis nummi à populo, uel panes dantur, & oua.  
 Præde huius partem ludi præstare magistro  
 Coguntur medium, ne exors sit solus aselli.

Inde die Iouis usq; ad solenia tempora paschæ,  
 Cœna Do- Impiaq; & ridenda magis ceremonia gliscit,  
 mini. Quia tamen eximijs sibi Catholicijq; uidentur.

Campanis primum triduana silentia cunctis  
 Mandantur, tabulis pulsant de turribus altis.  
 Percurrunt etiam pueri plateasq; forumq;  
 Et crepitus edunt magnos, ad templa uocantes.  
 Noctibus inde tribus nocturna ad cætica surgunt  
 Malleolis sumptis, saxis ue, aut fustibus, omnes.  
 Omnia ubi paulatim extinguit lumina custos,  
 Sacrificijq; altum rauco de gutture clamant.  
 Tum uero exoritur saeuus crudusq; tumultus:  
 Pulpita contundunt, & sedes, scamina, cathedras,  
 A furijs dicas agitari, & pneumatे tristi  
 Bassaridum, multi clavis figuntur ad ipsas  
 Sedes, nonnulli lapidum examinantur ab ictu.  
 Ast alij plagas referunt, aut uulnera, cæsi  
 Fustibus. His factæ possunt seruire tenebræ,

Omnium

Omnium & æqualis funesti insania ritus.

Impius hinc probris multis laceratur Iudas,

Et Maria è tenebris puerorum uoce citatur,

Vt sit propitia, & uitijs medeatur, & omni  
Noxæ. conueniunt hæc festo scilicet illi.

Luminibus post hæc accensis, in cruce fixum

Idolum circumfertur, pendetq; lucerna

Illijs à collo. turba quo nempe sequenti

Mōstret iter. Nōnne hæc sunt ludicra mira Papa

Hac quoq; luce triplex adiurat præsul oliuū, (tus?

Ampullasq; genu flexo bis terq; salutat.

Quem pōst Canonici factō se etantur eodem.

Dissilias risu cernens: mireris &, unde

Sit mutis uisum ampullis dixisse salutem.

Pransi consueto nudant altaria cultu,

Atq; lauant, ramisq; fricant, scopisq; paratis.

Inde superfundunt laticem munusq; Lyæi

In crucis effigiem, rogitantq; uocantq; patronum

Cuiusq; altaris, dignetur ut esse clientum

Perpetuiq; memor cultus, placetq; Tonantem.

Hinc celebrant monachi cœnam, & collegia qua

Insigni pacis specie, rituq; uenusto. (dam

Mutuò namq; sibi plantas terguntq; lauantq;

Interea infestis animis & corde doloso.

Ceu quondam exemplo mandarit talia Christus:

Et non, ut fratrum se totum quisq; saluti

Impendat, casuq; lubens inscrutat omni,

## 150 Regni Papistici

Præbut ut scipsum nobis & ad infima seruum.  
Mox circum panes & pocula magna feruntur,  
Vnde patres sancti fœmellis sœpe propinant  
Non fictis animis, redeuntq; frequenter in orbē.

**Parasceue.** Luce sacerdotes duo circum altare sequenti  
Idolum portant humeris Christi in cruce fixi,  
**Casula** dici-  
tur extima sa-  
cerdotum ue-  
stis, quando  
sacra faciunt.  
Ruffa contextum casula, lugubre canentes.  
Ante gradus tandem nudatum ueste reponunt  
Strata super uillosa tapetia, suppositumq;  
Puluinar capiti. hinc prostrati corpore toto,  
Omnibus infigunt perfoſſis basia membris,  
Ligneum & idolum summo uenerantur honore.  
Hos dein certatim rasorum turba sequuntur,  
Impietatis ut artifices ad talia semper  
Præcedunt: post quos tractabile uulgs adorat,  
Dona ferens pariter, nūmos, Cereremq; uel oua,  
Aucupium rasis gratum, cultusq; ſcelesti  
Speratum precium. Quo pacto idola coluntur,  
Catholica hæc ſi ſunt, Christiq; imitamina ſpon-  
Præterea ne quid simulacris ludere cefſent, (ſat)  
Et pro derisu regnante exponere Christum,  
Assumunt aliam ſtatuam pro more iacentem  
Defuncti nuper, porrectis cruribus aptè,  
Atq; decuſſatim compoſtis pectore palmis,  
Et pompa cantuq; pio ad factum antè ſepulchrū  
Portant, ſcriceis tectam membra omnia peplis,  
Sic tamen ut cerni poſſint, multicia dicas

ſcribas

## Liber I I I I.

151

Serica, sic uisum transmittunt, cunctaq; mostrat.  
 Praecedit pueri tabulis in amena crepantes,  
 Lumen & æditius præfert. scit signa popellus.  
 In genua exemplò cadit, aut terræ oscula figit,  
 Extenditq; manus, & multis pectora tundit,  
 Et statuam queriam diuinum ut numen adorat.  
 Ne iaceat uero, inq; sepulchro sola colatur,  
 Mysticus adfertur quoq; ex una clauditur intus  
 Panis, ut impietas crescat, cultusq; prophanus.  
 Sacrificus supplex statuam ueneratur inertem  
 Primus, & Assyrios panis succendit odores.  
 Multa statim populus cōportat lumina circum,  
 Cancelliq; hæret, noctemq; diemq; precatur  
 Curuatis genibus, uiolisq; & flore sepulchrum  
 Omnigeno exornat, suaq; affert munera largè.  
 Ad sunt conducti quoq; qui psalteria cantent,  
 Alterni, defuncto homini uelut atq; nocenti,  
 Ut magis hinc plebes ad munera danda uocetur.

Ante diē Paschæ uetus aptè extinguitur ignis, Sabbatū an  
 Et nouus è silicium uenis extunditur. illum te Pascha.  
 Adiurat multis aduersum in commoda pastor.  
 Cuius quisq; capit torrem molimine summo,  
 Feri q; domū, ut quando tempestas ingruat atra,  
 Succenso, cœli plaga sit tutus ab omni.  
 Cereus hinc ingens Paschalis dictus, ameno  
 Sacratur cantu; cui ne mysteria desint,  
 Thurea compingunt in facta foramina gran.

h 4 Hic

Hic ad honorem ardet uincentis tartara Christi,  
 Nocte dieq; quasi hoc ritu capiatur inani.  
 Post liquidas etiam baptismi consecrat undas  
 Vel præsul, uel præpositor: nec enim amplius ille  
 Baptismo prosunt, nec possunt tingere quenquam.  
 Præterito quarum ualuit toto usus in anno.  
 Magna procedunt pompa celebriq; paratu  
 Candelis, crucibus, uexillis, chrismate, oliuo:  
 Circumeunt fontem nouies, diuosq; precantur.  
 Fixi stant omnes tandem. mox incipit ille,  
 Et ter tangit aquam, crucis effingitq; figuræ.  
 Grandia tum profert multa et plaustralia uerba,  
 Sanosq; adiurat latices, & uexat ineptæ,  
 Dum studet & credit meliores reddere multo  
 Omnipotentis quam dextra ac benedictio fecit.  
 Post & candelam uexatas ponit in undas,  
 Terq; suo flatu turbat pridiana obolenti (dit.  
 Prandia, & infuso tandem unctas chrismate redi-  
 Attonitus spectat populus, creditq; potentem  
 Vndis uim tribui tanto adiurantis hiatu,  
 Atq; alijs, agitat quas gens doctissima, nugis.  
 Allatis igitur uasis de fontibus haurit,  
 Fertq; domum contra morbos pecorisq; suosq;  
 Inde silent tabule, & campanis pristina dantur  
 Iura, simulq; suum capiunt ieiunia finem.

**Pascha.** Nocte dein media consueta ad cantica surgunt.  
 Præuenit ædithus studio, rasusq; sacerdos,

Et statuam è clauso tollunt, panemq; sepulchro;  
 Angelicasq; induit statuas, pepla rara tenentes  
 Aduersæ: uacua apparent reliqua omnia circum,  
 Immoti si non custodes usq; manerent.

Sed puto nondum illos terræ sensisse tremorem,  
 Nec clarum ardenis uultum uidisse ministri.

Hinc aliam statuam uictoria signa ferentis

Imponunt aræ, cantaniq; animo sius omnes:

Christum deuicto Satana, portisq; refractis  
 Carceris inferni, uiuum redijisse sepulchro.

Quod tamen haud credūt: id quod testantur ubi-  
 Cultibus ac studijs, dubio, factisq; metuq;. (que  
 Est ubi continuò ludi & spectacula dantur.

Vt tres conueniant Mariæ, uisantq; sepulchrum,  
 Cumq; Petro currat uelox Zebedeia proles.

Hæc tam ridiculè fiunt gestuq; iocisq;

Vt Crassum possint aut exhilarare Catonem.

Nocte statim, non expectata luce diei,

Carnes arripiunt quidam, comeduntq; guloſe.

Cætera turba suas carnes, crassasq; placentas,

Oua rubra, & raphanos, lactisq; coagula dulcis,

Et quæcumq; uolunt primo contingere gustu,

In templum confert, ut consecret ante sacerdos.

Discurrent etiam monachi, uilesq; domatim

Sacrifici, precium captantes atq; lucellum,

Atq; domi curant eadem cuicunq; uolenti.

Degustant hodie raphanos ante omnia quidam,

Quartanam contra febrim, morbosq; latentes.  
 Quid narrē hypocrisī magnā, cultūq; coallū,  
 Quo cœnant pleriq; omnes de corpore Christi:  
 Non cœnaturi, si non horrenda timerent  
 Fulmina? nullus enim nouit, creditq; perennem  
 Se uitam nactum Christi morte atq; triumpho.  
 Quis uero ista doceret eos, quum cuncta Papatus  
 Dogmata, doctrinæ, cultus, ritusq; repugnant?  
 Postridie letos uulgò spaciantur in agros,  
 Et solitam repetunt uitam, linquuntq; se uera.  
 I nunc, Iudeos ride, Turcasq; cruentos,  
 Ob ritus cultusq; suos, et dogmata prava.  
 Per multum sapiunt, si uis conferre Papistis.

Dies rega-  
tionum. Hebdomas inde uenit, peregrè qua cū cruce ua-  
 In uicinū aliquem uicum. porrò inter eundū (dū  
 Cantibus implorant diuos, Christiq; parentem.  
 Precipue postquam uentum illuc, templa subin-  
 Regnantēq; illic diuinū diuainq; precātur, (trā,  
 Ut seruet fruges, et grandinis atq; pruinæ  
 Auertat mala, et annonæ leuet omne grauamen.  
 Post in cauponam properant, uel gramine strati  
 In uiridi prandent, largeq; replentur Iaccho,  
 Absq; cruce ut redeant interdum, gressibus atq;  
 Incertis miserè titubent, reuomantq; comestā.  
 Continuis omnes faciunt tribus ista diebīs.  
 Cum crucibus multis persæpe uenitur in unum  
 Templum, cœtus ubi sua cantica clamat in auro  
Q. 154

Quisq; unde exoritur tristis confusio uocum,  
Dum superare alios alij nituntur ineptè.  
Sacrifici attendunt, placet hæc insania rasis,  
Donaq; uictri ci tribuunt Baccheia parti. (ces)

Pòst uenit illa dies, super as qua Christus ad ar  
Scandit, quam celebrant itidè potuq; ciboq; cris,  
Prælargo : qua cuiq; aliqua est comedenda uolu-  
Haud scio quapropter. Pòst prædia, tēpla petūtur.  
Truncus ibi, qui tempus ad hoc est uisus in ara,  
In summum trahitur demissio fune lacunar,  
Coetus sacrificiūm deducente atq; canente:  
Nam pietas horum consistit cantibus omnis.  
Inde statim Satanæ præceps perturpis imago  
Deiicitur, nōnunquam ardēs, diruptaq; prorsus.  
Expectant pueri cupidè, uirgisq; iacentem  
Concidunt, lacerantq; in paruas deniq; partes.  
Post hæc deiicitur panis, quem barbaraturba  
Nuncupat oblatas : cui sèpe admixta papyrus  
Imponit pueris. fiant magno omnia risu.  
Ex laqueari etiam certa syphonibus arte  
Eiaculantur aquas, si quem tinxisse laborant,  
Atq; ita finitur magno fabella cachinno.

In Pentecoste mites albæq; columbæ,  
Funiculis leuiter uinctæ mittuntur ab alto;  
Lignea postremò caelo dependet eodem.  
Cernis ut idolis ludant, doceantq; popellum,  
Non secus ac puppis teneræ assueuere puellæ?

Ascensio:

Pentecoste,

Corporis

Corporis Corporis hinc ueniuunt Christi celeberrima festa:  
 Christi. Quorum quis dicat ludos, moremque prophanum?  
 Namque sacram portant panem reuerenter, et om  
 Diuino cultu circum uel templa, uel urbes,  
 Inclusum fabre facto argento. Porro gerentis  
 Brachia sustentant duo summi, deque senatu,  
 Ornati sertis. Alij de more cadurcum  
 Sericeum gestant suspensum, ne quid ab alto  
 Incidat, aut stercus fundat mala desuper ales.  
 Luditur et Christi personis passio multis.  
 Ursula cum iunctis incedit pulchra cateruis.  
 Tuque Georgi acer crocodilum interficis hasta.  
 Principis inferni trahitur domus, estque uidere  
 Demonas innumeros tetraturpique figura.  
 Christophorus puerum gestat per cerula Christum.  
 Impletur telis quidam, crebrisque sagittis.  
 Incedit gladium portans Catharina, rotamque  
 Terribilem: calice, et sacrum fert Barbara panem.  
 Historiaeque illuc in panis aguntur honorem  
 Multae aliæ, iucunda rudi spectacula plebi:  
 Quid memorem uexilla, cruces, candelabra longi,  
 Diuum reliquias, calices, idolaque culta,  
 Quae uel sacrifici gestant, populisue tributim?  
 O' impietas Ante illum incedit panem Baptista, manuque  
 & absurditas Monstrat: eum esse Dei, tollentem crimina mundi,  
 Agnum, quem contra spargunt floresque rosasque  
 Angelica forma duo: tintinnabula dulci

Multa sono crepitant, uernant & compit a ramis  
 Atq; platæ omnes, quaq; itur gramine festo  
 Sternuntur redolentq; uiae, atq; au'ea fenestris  
 Hærent: incedunt monachorum examina multa,  
 Et monachæ, cantu reboant rasiq; scholæq;  
 Vlto nonnulli cithara aut testudine ludunt.  
 Procidit in genua occurrens, & pilea tollit,  
 Diuinoq; omni panem ueneratur honore.  
 Nempe Deū esse suū credunt: non carnis, ut olim,  
 Sed iam naturam panis sumpsisse minuti.  
 Interea armati circumstant undiq; multi,  
 Turbas spectantum contra, cupidasq; rapinas.  
 Optima templorū siquidē bona cuncta feruntur:  
 Præda foret diues, prædandi si qua facultas.  
 In templo ostentant totis panem octo diebus:  
 Cymbala tum resonat, cantatq; absurdæ sacerdos,  
 Cernuus inclinat populus se, & brachia pandit,  
 Confexisse suum credens Dominumq; Deumq;  
 Hoc & sub Missa faciunt, dum panis in altum  
 Tollitur, atq; calix, & custos concrepat ære.  
 Summe Deus, quò tādem usq; hæc deliria perfers  
 Impia, nec reuocas ueterum ad uestigia patrum,  
 Quos toties iactant: in mentem quis nihil horum  
 Doctrinaq; fideq; aut factis denique uenite  
 In uicis equitant circum frumenta coloni  
 Cum crueibus multis, uexillisq; ipse sacerdos  
 Vnâ equitat, gestans panem in pendente crumena

A collo inq; locis certis descendit, et alta  
Voce Euangelium canit. Hec frumenta tueruntur  
Scilicet à uentis, pluuiis, rubigine, certò.  
Talem nempe fidem docuit retinetq; Papatus,  
Non haustam ex Euangeliō, scriptisq; uetus, si  
Corde sed humano, cæcaratione magistra.

Vrbanus. Post uenit Vrbanus, quē summo uinitor omnis  
Obseruat cultu. cuius si lumina Phœbus  
Clara dic præbet, cælo splendetq; sereno,  
Quod latum credunt omen Bacchoq; sibiq;  
Illi exornant statuas per templa forumq;  
Appensis collo cyathis, plexaq; corona  
Pampinea. quin in cauponam deniq; secum  
Collecto portant cœtu, multumq; propinant.  
Non responsuro porrò, eius nomine cœtus  
Ipse sibi pulchrè respondent, donec ocellos  
Peruortant tencbræ, nutetq; caput, faciesq;  
Ardeat, atq; simul fiant balba omnibus ora,  
Destituantq; pedes. si uero nubila lux est,  
Aut pluit, haud simili quicquā dignantur honore,  
Immergunt undis miserum lamisq; lutoq;  
Quod si non hec sunt deliria digna cachinno,  
Haud scio quapropter risus consurgere possit.

Vitus. Vitus adest post hunc, elixus opinor oliuo.  
Cuius ad idolum gallinas sexus uterq;  
Offert. cur fiat, non est mihi cognita causa,  
Suscipior ob morbi quendam, quem creditur isto  
Pelleret

Liber IIII.

159

Pellere adoratus cultu, releuareq; pressos.

Ioannes  
Baptista.

Inde diem magni Baptiste solstitium fert,

Omnibus in uicis qua uulgo accenditur ignis,

Inq; foro atq; uijs, letas circumq; choreas

Solliciti ducunt iuuenes, cupidæq; puellæ,

Verbenis cincti, et Mausoli coniugis herba,

Nonnullisq; alijs, nigra & uacinia palmis

Gestantes, creduntq; superstitionibus omnes:

Non doliturum oculos qui per uaccinia flammis

Inspiciat, postquam saltarunt noctis ad umbram,

Tandem transiliunt ignem certamine magno,

Iniiciuntq; herbas prece, uolisq;, ut sua eisdem

Cuncta exurantur simul infortunia flammis,

Quo se illum credunt tutos à febris annum.

Est ubi detritam, stupisq; et stramine multo

Intextam, tractamq; rotam in celissima montis

Succendent, postquam cœlo hesperus ardet opaco,

Voluntq; in præceps, quod Solis ab arce cadetis

Cœlesti simulat speciem, horrendumq; uidetur.

At sua tum credunt pariter dispendia uolu-

In præceps, tutosq; à cunctis se esse periclis.

Huldrichi idolum quodcumq; altare recepit, Huldrichus

Illuc carpones plebs fert, mullosq;, luposq;, chus,

Vt sancti illius redimat teneatq; fauorem.

In templo sedet, atq; adeò ipsa non procul ara,

Venales habeat qui pisces, atq; minoris

Vendant, ut insani ne copia desit emendi,

Nes

Nec quicquam perdit, nam mox oblatus ad ipsum  
 Quisq; reportatur, bis uti aut ter ueneat idem.  
 Impietas ita fert quæstum, fulcitq; culinam.  
 Religio unde autē hæc noua? quali numine pollet  
 Huldrichus, mutos ut pisces quærat, ametq;  
 Offerri sibi? quos nulli gens nulla deorum  
 Obtulit, et Dominus super his nil sanxit Hebreis?  
 Multum stultitiae sit & impietatis ubiq;:  
 Nos potiora autem, & duntaxat pauca canamus.

**Assumptio** Virginis inde uenit Mariæ festumq;, diesq;  
 Mariæ. Quia uita exacta celsum consernit Olympum,  
 Tum populus fasces herbarum portat in ædem  
 Ingenii numero, quas aduersum omnia rasi  
 Conseruant mala: sicq; accendent plebis, aluntq;  
 Impia facta, fidemq; & spem de rebus inanem.  
 Namq; herbis illis sunt permulta magorum  
 Præstigia, impositasq; igni arcere omnia credunt  
 Damna, & iumentorū hominūq; repellere mor.  
 Naturam præter, sacriq; oracula uerbi. (bat)

**Martinus.** Altera Martinus dein Bacchanalia præbet,  
 Quem colit anseribus populus, multoq; Lyæo,  
 Tota nocte dieq;. Aperit nam dolia quisq;  
 Omnia, degustatq; haustu spumosa frequenti  
 Musta, sacer que post Martinus uina vocari  
 Efficit. Ergo canunt illum, laudantq; bibendo  
 Fortiter ansatis pateris, amplisq; culullis.  
 Quin etiam ludi prosunt hæc festa magistris.

Circumscire

# Liber IIII.

161

Circumeunt enim sumpto grege quisq; canoro,  
Non ita Martini laudes festumq; canentes,  
Anscrem ut assatum ridendo carmine iactant.  
Cuius nonnunquam partem nummosue uiciissim  
Aeipiunt, celebrantq; hoc festum musicè & ipsi.

Nicoleos fertur clam aurum donasse puellis. Nicolaus.

Qui pueris ut nunc etiam donetq; puellis,  
Illi ante diem suadent ieunia matres,  
Et post oppressis somno pira, poma, nucesq;  
Pilea, calceolos, uirgas quoq; flammea, zonas  
Supponunt tacite, quæ manè reperta, dedisse  
Nicoleon dicunt: animosq; hoc more tenellos  
In cultu instituunt diuorum, adq; impia ducunt.

Quid dicam, in festo Catharinæ uana sophistæ Catharina.  
Quæ credant faciantq; superstitiosa magistri?  
Andrea amatores uulgò turbæq; procorum  
Dona ferunt, creduntq; illius numine dextro,  
Præstigijs q; alijs tacita sub nocte peractis  
Spem rectam fore, seq; frui re posse cupita. Andreas.

Templi sacrati celebrantur festa quotannis,  
Catholicè nimis. E turri suspenditur alta  
Vexillum crucis, & redolenti gramine templi  
Sternitur omne solum: ramisq; uirentibus aræ  
Suggestumq; nitet, sellæq; omnesq; columnæ.  
Panduntur tabulæ, idolorum armaria, pictæ,  
Præcipue uero seris habituq; patronus  
Excolitur diti, atq; sua resplendet in ara,

Templi de-  
dicatio.

l

Mensula

Mensula pontificum bullas, indultaq; multis  
 Sustentat signis, festum celebrantibus illud,  
 Concessa. idolum quoq; patroni ostia circa  
 Sustinet h.ec eadē mendicans. quod quia mutū est,  
 Aut nondū populi linguam oraq; barbara nouit,  
 Assidet interpres quidam, clamansq; rogansq;  
 Intrantes atq; egredientes, munera pr̄stent  
 Patrono, et nummis redimant indulta Paparum.  
 Pastor pastores alios invitat, et ipsa  
 Scorta iubet simul adduci, turbasq; nothorum.  
**V**ndiq; conueniunt quoq; uicini, atq; remoti  
 Ruricole, pars spēcie sua, partimq; uocati.  
 Arma ferunt omnes, gladios, uenabla, securis,  
 Bombardas, fustes ferratas atq; bipennes.  
 Adueniunt iuuenes culti, comptaeq; puellæ.  
 Adsunt et mimi, mendiciq; atq; choraules.  
 Institor exponit nitidas ex ordine merces.  
 Caupo disponit mensas, et pocula profert  
 Omnia uenturis. neutrū sp̄es fallit auara.  
 Namq; fr̄e referunt summa ex hoc commoda se  
 Pr̄e cunctis alijs. Igitur post sacra peracta, (10)  
 Aut ad cauponem properant, notosue sodales,  
 Explenturq; omnes laute uinoq; cibisq;  
 Octo solent septemq; interdum ponere missus.  
 Pontificumq; nihil ueterum concedere coenis.  
 Sublatis tandem mensis consurgitur, et mox  
 Orchestrā iuuenes adeunt ascaule uocato,

Qui

Qui postquam insonuit raučū, signumq; choræis  
 Vire dedit, uenient illuc pueri atq; puellæ,  
 Longæuiq; senes, mediaq; ætate mariti.  
 Spectatum accedunt et amus, iuuenesq; maritæ,  
 Tum uarij surgunt ludi, turpesq; choreæ  
 A madidis, nec non rixæ pugnae q; cruentæ  
 Feruent, ut digitæ, palmæ, calcentur et aures,  
 Et capita et facies et brachia sanguine manent,  
 Nonnunquam et cæsus media linquatur arena.  
 Multi, quod placeat, cupidæ mercantur amicæ.  
 Multi cauponam repetunt, potantq; gregatim,  
 Insipido adiuncto cantu, clamoreque summo.  
 Luduntque interea chartis, rapidoque fritillo.  
 In cauponam etiā est pastorem accersere moris,  
 Quo præsente putant compleri deniq; ludum.  
 Is superat clamando omnes, calicesq; frequentes  
 Siccando, rex quidam est: uicinoq; uomenti  
 Sinciput apprendit, nimium officiosus et equis,  
 Et tenet, ima quo ad stomachi fundamina uertit.  
 Hinc est uicinis gratus, charusq; sodalis:  
 Cui si quando nocent Euantica dona uiciſſim,  
 Debilitantq; gradum, ne possit adire penates  
 Ipse suos (quod non raro contingere notum)  
 Quadrupedē grati uice uersa in tecta reducunt:  
 Catholicum hunc seruat uenerāda dicatio morē.  
 Altera defunctis impendit sedulō curam.  
 Rasi conueniunt multi, lingueq; rotatu

Anima-  
rum dies.

Præceleri, uerbisq; absoluunt omnia curtis,  
 Ut licet attentius non uerbum intelligat ullum.  
 At tractim cantant, offert quum dona popellus.  
 Ut cognatorum poenæ releuentur acerbæ.  
 Sic credunt etenim, lugubri carmine rasos  
 Eripere Orco animas, & claro reddere cælo.  
 At rasis uenter solum atq; pecunia curæ est,  
 Non animæ. sacris igitur pro more peractis,  
 Et precio accepto cantus, Missæq; precumq;  
 In cauponam itur properè, aut pastoris in ædes.  
 Lucem ubi compotant totum, ludūtq; uomuntq;  
 Obscenisq; parant multa oblectamina uerbis  
 Catholici patres, olidum quæ ferre lupanar  
 Nesciat, aut certè plebeius nemo loquatur.  
 Hi sunt præcipui fasti, ritusq; per annum,  
 Quos fidei prorsum e conformes esse Papali  
 Cernis, deq; uirum testari mente sacrorum.

**Templa.** Et studijs. Eadem hæc monstrat & tēpla, parata  
 Plusquam pagano, cultuq; nitentia prauo,  
 Idolis, aris, statuis, scutisq; prophanis,  
 Vexillis, crucibus, lychnisq; ardentibus ante  
 Excultas Mariæ statuas, panemq; repostum  
 Arctos cancellos intra, atq; repagula ferri:  
 Ut non immerito dicant credantq; seueri  
 Turcae, cultores simulacrorum esse Papistas,  
 Qui tamē esse uolunt sponsa ac Ecclesia Christi.

**Exequiae.** Cernis & in uita tota, fatoq; supremo,

Atq; sepulturis, quid credant, queisq; ferantur  
 Motibus incertis sua tantum ut commoda rasi  
 Quærant, securi quo plebs turbæq; sequaces  
 Perueniant tandem. Nam si quis omittere uellet  
 Exequias solitas, cantusq; ac murmura uana,  
 Et se duntaxat diuine credere curæ,  
 Illius hæredes conducere cuncta iubentur:  
 Pienis propositis, consueti si quid omittant.  
 An tu sollicitos credis, scructur ut ille,  
 Et purgante statim precibus soluatur ab igne:  
 Et non pro nummis potius, quæstuq; nefando?  
 Est ubi & infantes cura redimuntur eadem,  
 Quos iustos tamen ac insontes esse fatentur.  
 Exequias miseri coguntur ferre parentes,  
 Ne quid decedat rasis, iuriq; Papali,  
 Non usquam pietas appetet uera, fidesq;  
 Verum imposturæ caldæ, fraudesq; doliq;.

Cerne preces etiam præscriptas, atq; libellos **Preces.**  
 Omnigenis plenos precibus diuisq; Deoq;  
 Inscriptis, & spiritibus, genijsq; supernis:  
 Quas tamen absq; legunt animo, seruoreq; mētis.  
 Nulla preces etenim urget eos effundere causa:  
 Vnum propositum solum est, ut multa precentur:  
 Quippe alioqui illis nec mens, nec uerba decessent,  
 Et nihil esset opus præscriptis murmura uerbis  
 Cōgerere, & linguam tantum lassare loquacem.  
 Osium & ante astant factos ad talia aceruos,

Inq; sepulchretis manes animasq; salutant,  
 Proq; salute sua rogitant, nullus modus ut sit  
 Stultitiae crassæ, nec cessent impia facta.  
 Ad templum incedunt, globulos ex osse ferentes,  
 Materiæ ue alia, medios quos chordula iungit.  
 Sic quinquaginta uocitare Rosaria iunctos  
 Consueuere, at ter totidem Psalteria dicunt.  
 Illis annumerant Mariæ, diuisq; Deo q;  
 Verba precesq; suas. sic illis copia solum <sup>(est)</sup>  
 Quæritur, haud animus. Mulier sanctissima longe  
 Cui preciosa pedes fermè Psalteria pulsant,  
 Quāq; armis paribus famulæ comitatur in æd.  
 Magicæ ar-  
 tes. Omnibus in rebus, quam Dardanus atq; Choatré  
 Inde, quod haud didicere Deo confidere uero,  
 Seq; uoluntati nolunt permittere patris.  
 Si qua est in stratum ponenda puerpera lectum,  
 Demonas aduersum magico ritu omnia lustrant,  
 Ne damna accipiat, stratisq; trahatur ab ipsis.  
 Porteturq; alio: quasi tunc exposta periclis  
 Maximè & insidijs sit, quum perfuncta dolore,  
 Defessas reparat uires, somnumq; capeſſit.  
 Quin ad difficiles adhibent quoq; talia partus,  
 Adq; nouas tædas, & uendunt si quid emuntq;  
 Plurimaq; à collo manibusq; amuleta uidentur  
 Catholicis suspensa uiris, in commoda contra-  
 ista minax inter Michaelis epistola fertur,

Principiumq;

Principiumq; Euangelij Ioannis. at hisce  
 Non fidunt solis: sed barbara uerba, cruceſq;  
 Admiserint minio pictas, fusō ue cruore.  
 Adiurant enſes, & equos, ex corpora reddunt  
 In iuia uulneribus. magicis etiam artibus usi,  
 Contemnunt iacula & bombardas, atq; sagittas.  
 Aq; lupis agnos & oues, iumenta q; seruant.  
 Nullum etiam ingrediuntur iter, ni carmine dicto  
 Dardanio. Sunt qui uitris cacodæmonas indant,  
 Aut in crystallum cogant concedere purum.  
 Hos adeunt, tanquam uates, certosq; prophetas,  
 Quis furto est ablatum aliquid, casu ue maligno,  
 Quis uel crura stupet, uel brachia, lumina, coxae,  
 Et lac diminuit pecus, emituntq; cruorem  
 Vaccæ, alia aut trepidos quædā infortunia tāgūt.

Inspice postremo, quo pacto sabbata seruent. Feriae,  
 Mane statim primo culti spaciantur in urbe  
 Vestibus absurdè sectis, gressuq; superbo,  
 Longisq; armati gladijs. Pars uisit & agros,  
 Portas ue ante omnes quædam nugalia tractat,  
 Fabellisq; diem, risuq; orditur inepto.  
 Conueniunt alij, stillaticiumq; Lyæum  
 Compotant audē, surgendi ut nulla facultas  
 Prestetur potis. interdum in sedibus ipsis  
 Suffocati efflant animam, sociosq; relinquunt.  
 Per pauci Missam curant, sanctissima quamuis  
 Credatur cunctis, adeunt nec templa precatum:

Sed uel longa domi sumunt ientacula manè,  
 Continuantq; uices potu, dum uesper Olympo  
 Promicat: aut cedunt sermones per fora, & ante  
 Templi uestibulum. Porrò post prandia ludunt  
 Aut saxi iactu, aut cursu, celeri ue sagitta,  
 Impulsuq; pilæ leuis, aut spiramine plenæ.  
 Bombardis certant alij, ludó ue palæstræ,  
 Aut gladiatorum saltem certamina spectant.  
 Sub tectis partim alueolo, chartis ue iuuantur.  
 Pars sedet ante fôres, & famam denigrat omni:  
 Aut noua componit, litesq; & iurgia plantat.  
 Inter ludendum uerò non defit Iacchus:  
 Qui simul inuasit sensus, mentemq; retorsit,  
 Ex leuibus rixam uerbis pugnamq; capessunt:  
 Ut non ulla uidere queas sine sabbata pugna.  
 Atq; hæc consueta est festæ conclusio lucis,  
 Noxia uel capiti, & cunctis temulentia membris.  
 Ad uespertino cantus preculasq; uocantur  
 Campanæ pulsu: non sese uerteret ullus,  
 Ludendo pergunt, templum cantusq; precesq;  
 Credunt sacrificis recte, ludiq; magistris.  
 Pars amat interea, charamq; requirit amicam,  
 Aut struit insidias teneris fraudemq; puellis,  
 Hinc petulans cogit choreas ducitq; iuuentus,  
 Et socias fœdè rapidum conuertit in orbem,  
 Stringitur & nulla mollis petulantia lege.  
 Ne iuuenium thymis scortandi copia defit,  
 Publicū

Lupana-

ria.

Publicū habent, retinentq; in qualibet urbe lupa-  
 Lenones lenasq; palam tolerantq; fouentq;, (nar:  
 A' quibus accipiunt precium non uile negoti  
 Catholici sancti q; uiri, ac Ecclesia Christi  
 Scilicet, omnem qui mundū hereticosq; reformet.  
 Accedunt illuc, agitat quos tetra libido,  
 Indigenæ, externiq; simul, pedites, equitesq;  
 Coniugij quicunq; haud dum subiere capistrum.  
 Haud pudor absterret quęquā, nec cura moratur.  
 Nempe uident licitum, nec uituperabile, uerum  
 Tanquam exercitium censeri à gente Papali.  
 Interdum accedunt etiam illa ad lustra mariti,  
 Non impunè tamen: si cognoscantur oleni  
 A' iuuenum turba, plagis multantur & ære.  
 Porro magistratus ridet, nec talia curat.  
 Ludus adulterium est, permisus ubiq; Papistis.  
 Nimirum à rasis discunt, illosq; sequuntur,  
 Ut nullæ ualeant leges. Scatinia dudum  
 Exincta est, magno dignatur Iulia risu.  
 Approbat, indulget, permittit cuncta Papatus,  
 Non solum sibi, uerum etiam mercantibus auro.  
 Porro scire uelim, quis Apostolus hunc Cythereæ  
 Christicolis cultum donarit, scorta licenter  
 Ut subigant, habeantq; palam, atq; libidinis ipsi  
 Accipiant precium: & nihilominus interea sint  
 Catholici, populusq; Dei, atq; Ecclesia Christi  
 Ex uita, cultu, studijs & moribus omnem

## 170 Regni Papistici

Disce fidem, tibi ne specie imponatur inani.  
 Hi Cypri erat mores quondam bimarisq; Corinthi,  
 Dum regnaret adhuc satanas, prisca eq; tenebrae.  
 At uero egregia circundant impia palla:

Ne fors innuptas uiolet, nuptas ue iuuentus.

Deut. 23. Quis non Catholicorum hoc admiretur acumen?  
 Hec non expendit summus, qui cetera, Moses,  
 Qui scortatores uersari noluit inter  
 Comissum populu, & meretrices expulit omnes  
 Diuino iussu, nec uidit raptus ad astra

s. Cor. 5. 6. Paulus, qui uertuit, ne quis sua membra piorum,  
 7. 10. Ad Christi sanctiq; parata habitacula flatus,

Heb. 13. Dederet impuris scortis, & membra luparum  
Gal. 5. Efficeret labemq; hanc prorsam excludere iussit

Eph. 5. Sanctorum a coetu, tintatisq; in nomine Christi.

p. Thess. 4. Sed nihil est illis cum Paulo ac Mose negoci,  
 Legibus & nullis parent, nec rebus honestis.  
 Dispensant, donantq; sibi, indulgentq; potenter,  
 Ut qui possideant regna ad coelestia claves.

Plurima praetereo. nec mos est omnibus idem:  
 Verum cuiq; suis genti. sed & urbibus ipsis,  
 Nec non dispersis per rura immittia uicis  
 Sunt sua que teneant deliria mordicus, & se  
 Opponant Christo, doctrinæq; undiq; sane:  
 Que nec nosse queas facile, nec dicere uersu.

Iam quū nequaquam possimus membra Papatus  
 Vita hac et studijs pro Christi agnoscere membris,

Nec

Nec cultus uerbo aduersos, ritusq; pudendos,  
 Impia nec fidei peruersæ dogmata pacto  
 Vlo complecti, nec Christi tradere plebi,  
 Sed mage Apostolicos cultus & uerba sequamur  
 Simpliciter, nugis hominum inuentisq; resectis,  
 Nouimus ut summum quæ certò odisse Tonantē:  
 Dicimur hæretici, & ferro censemur & igne  
 Digni: multamur, proscribimur, aut procul ipsa  
 Pellimur à patria, premimurq; hostilibus armis  
 Sedibus in nostris, & miles deuorat ater  
 Hactenus assiduo nostro quaesita labore.  
 Catholici ista uiri faciunt: quum nempe tot annis  
 Scripturis stabilire sua haud potuere receptis,  
 Nec nostra adductis recto subuertere sensu.  
 Vi iam grasantur, Christum cum principe Auerni  
 Vnanimem prorsum esse & consentire iubentes.  
 Incusso plane cernunt palpantq; pudore,  
 Se nec uitæ hac nec studijs consistere posse,  
 Si coeleste iubar profertur, sanctaq; lucent  
 Bissexæ liquidò uerba & uestigia cortis:  
 Nec tamen appetit consuetis utile rebus,  
 (Tam sunt prudentes) uel tantum errasse fateri.  
 Turpe etenim doctos, claros mitraq; pedoq;  
 Inter Christigenas, Christum non nosse, fidemq;  
 Veram & Apostolicam: uerum solummodo duci  
 Commentis hominum, quis nemo innitier ausit.  
 Hinc illæ lachrymæ et motus, odiumq; cruentum,

Ut suæ cæde truci modò, nostro ex sanguine fīs  
 Et medijs alijs nolint placarier ullis. (ment.  
 Impia doctrinæ prævæ nīsi monstra probemus,  
 Et simul ad cultus stulti curramus eosdem,  
 Et fidei agnoscamus heros, morumq; magistros,  
 Etsi non doceant cœlestis uerba magistri.

Sæpe quidem pactum, sua pars decreta teneret  
 Vtraq; ex arrepta coleret pietate Tonantem,  
 Neutraq; uel scriptis sumptis ue lacesseret armis  
 Alteram, uti firma staret Germania pace;  
 Verum non possunt pacem tolerare Papistæ.  
 Scripturiunt semper, uerbis factisq; lacessunt,  
 Probrosisq; grauant chartis fine fine modoq;  
 Non solum nos ( quod forsan tolerabile ) uerum  
 Vna Euangelium Domini, cœlesteq; uerbum.  
 Si qui consurgunt ex nostra parte tumultus,  
 Si qua gerunt nostri fortassis bella coacti,  
 Atq; resistentum bellorum iure colonis  
 Incendunt ædes, rapiunt frumenta pecusq;,  
 Comportantq; sibi per rura hostilia prædat.,  
 Continuo clamant: Euangeliū ista scelestum  
 Perpetrat, hæc Euangelici curantq; studentq;,  
 Hoc Euangelium satanas produxit ab Orco,  
 Turcicum ex est, non id quod Lucas edidit olim.  
 Multaq; præterea rabidi conuicia iactant,  
 Talia ceu quisquam doceat iubeatq; minister,  
 Christiq; adductis confirmet atrocia uerbis.

Nouerunt

Nouerunt clare, à nostris non ista doceri:  
 Pestiferis linguis tamen insectantur, et ore  
 Tartareo iam olim tincto foetoq; ueneno,  
 Ipsum Euangelium, doctrinamq; atq; docentes.  
 Et quis Principibus præscribat: quis ue retardet,  
 Ne quid committant aduersus atrocius hostes?  
 Cur non Catholicos quoq; corripiuntq; monētq;  
 Qui faciunt eadem uastantq; audacter ubiq;  
 Omnia, pacatosq; etiam prædantur amicos?  
 Quale Euangelium tradunt, qui publicè eosdem  
 Instigant scriptis, uerbisq; hortantur acerbiss  
 An sunt hæc obscura? an Gallica et Itala rura  
 Non satis ostendunt? an non suggesta Paparum  
 Bella probant, suadent, noxaeq; gerentibus omnē  
 Promittunt ueniam? Nimirum mantica tergo  
 Dependens fallit; maluntq; aliena uidere,  
 Quām sua: Catholicos se prorsum et dicere iu-  
 Hæreticos alios omniq; ex parte scelestos. (eos,  
 Quare proposui tam sancti membra Papatus  
 Præcipua: et cultus, ritusq; fidemq; pudendam,  
 Et fastos anni cum impura deniq; uita,  
 Omnibus ante oculos: ut quisq; intelligat, illis  
 Cum Christo nihil atq; fide recta esse negoci,  
 Sed tantum humanis nugis spirare superbūm,  
 Ut se Catholicos dicant, Petriq; carinam;  
 Nos cōtrà hæreticos, scissosq; à corpore Christi.  
 Quare Catholicos autē: an quod uera sequantur?

At

174 Regni Papist. Lib. IIII.

At satis ostensum quid credant, quidq; sequantur.  
An quod nos numero uincant, regnisq; uirisq;  
At sic catholicos possis ostendere Turcas,  
Innumerosq; altos Asiae Libyæq; colonos.

Intellecturos simul omnes arbitror aequos;  
Ut discedendi nobis iustissima causa  
His à portentis fidei, cultuq; prophano,  
Extiterit: quin et totius membra Papatus  
Maxima cū minimis uitandi: ut quæ neq; Christū  
Norint, aut curent, alios neq; nosse uolentes  
Permittant, uerū retrahant, saturētq; tenebris.

F I N I S.

Laus Deo, & Domino Iesu Christo.

IN IOANNEM DELLA  
CASA, ARCHIEPISCOPVM  
Beneuentanum, Sodomiæ patro-  
num, Satyra: Thoma Nao-  
georgo autore.

**I**n genuē pulchreq; facis, Reuerende Casane,  
Quòd simul & temet nobis, turpemq; Papatum  
Natiuo tandem pingis, ueroq; colore.  
Ante quidem auditu solo ac rumore sinistro  
Vestra sciebamus scelera, impurosq; Paparum  
Fructus, quos Italis ferrent audacter in oris:  
Præterea exemplis coram que cernimus omnes,  
Qui citra aerias olim confedimus Alpes.  
Quæ tamen ipsa fatis poterant ostendere mundo,  
Cum Christo uobis & relligione negoci  
Esse nihil, nisi quòd toto subuertere nisu  
Doctrinam fidei puram Christumq; studetis,  
Membra creaturæq; inferni regis. at ipse  
In scenam prodis modò, conscribisq; libellum,  
Atq; tuos bellè mores omnisq; Papatus  
Declaras scripto, totoq; fateris in orbe,  
Quam nihil in uobis recti frontisq; supersit,  
Nulliusq; rei studiosi sitis honestæ,  
Semen uti infelix in amabilis Antichristi.  
Nimirum ualde metuebas, ne quis atrocí  
De uobis nollet dispersæ credere famæ,

Flagitij

Flagitijsq; reos tanti haud censeret ineptus.  
 Nam quis rectores populi, patresq; uerendos,  
 Quis speculatores gregis, & capita ipsa, ducesq;  
 Ac correctores morum, fideijs magistros,  
 (A paruis siquidem & magnis hi uultis haberit)  
 Tanti flagitijs pollutos labe putarete?  
 Ipse equidem, quamvis nossem uitamq; fidemq;  
 Doctrinamq; ferè totam cultumq; Papatus,  
 Multum ab Apostolicis scriptis uerboq; superno  
 Dissona, Tartareoq; magis conformia regno:  
 Non tamen in uestro coeturegnare putabam  
 Frontem ita perficitam, tantosq; libidinis aestus,  
 Ut puerorum etiam incestos coleretis amores,  
 Et sancti fierent patres drauci atq; cinædi.  
 Talia credebam per certos fingier hostes:  
 Et quod plebeius peccasset forsitan unus,  
 Immerito uobis imponi insontibus illud.  
 Euge satere p.lam, dubiumq; mihi eximis omnē,  
 Inq; uiam errantes alios, sanctissime præsul,  
 Ducis, uulgatoq; satis testare libello,  
 Qualis et ipse uelis agnosci, quidq; Papatus  
 Spondeat, & rerum cupiat qua parte locari:  
 Ne quis uos posthac castos, sanctosq; bonosq;  
 Autumet, & Pauli iuxta decreta pudicos,  
 Qu m sitis nequam, turpiq; libidine capti,  
 Non communi hominum aut pecudum aut more ferarum  
 Fœmineum in sexum: nec uos satis esse scelestos

Censit,

Censem, posito prorsum si scorta pudore  
 Ductetis tantum, permuteatisq; subinde,  
 Aut nuptas spredo rapiatis iure maritis,  
 Et uix ulla queat tutari uirgo pudorem  
 Infidias contra uestras, penemq; furentem:  
 Naturam contra ire iuuat, scelerum inq; profundum  
 Præcipiti audaciq; adeò descendere cursu,  
 Ac uiolare mares, mollesq; ardere Bathillos.  
 Et leuc adhuc esset, facerent si talia parui,  
 Ac uulgi nunquam tantundem exempla nocerent.  
 Quæ spes ulla boni, quando tu talia præsul  
 Ausis, hocq; nefas tam detestabile libro  
 Conscripto laudes, ac te fatearis eodem  
 Vti, oblectariq; uelut re prorsus honesta,  
 Diuinoq; opere ac monstrata cœlitus arte,  
 Insuper hoc alijs ita persuadere labores?

O scelus, o furiæ, o diuinæ nuncius iræ,  
 Spurcus amor, Venerisq; nefandæ insana cupido.  
 Hoc ne est in reprobum mortales tradere sensum?  
 In qua gente rogo censes te iuuere tandem?  
 Quoq; sub imperio? qua mundi parte, locoq;?  
 An non in nomen puer olim es tintitus I E S U S  
 An non militiæ sumpfisti balthæa saceræ?  
 An non aduersus Satanam, mundumq; scelestum,  
 Tetræq; illecebras carnis, funestaq; facta,  
 Te uelle assidua uouisti cernere pugnas  
 An non audisti C H R I S T I præcepta, sacrisq;

Addictus studijs, gradum es enutritus ad istum?  
 Præfulis an non te meministi munere fungi?  
 Inq; De iregnare domo? Quò nunc ruis ergo?  
 Quis te possedit geniu? Quò sana recessit  
 Mens hominis? Sed mentem hominis quid dico, scirini  
 Quidam nibil in te sit sensus, turpisima quamvis  
 Iure queas ob spurcitiem istam bestia dici?  
 Proh pudor, immemorem sic te esse tuiq; lociq;  
 Quidam etiam populi, præceptorumq; sacrorum,  
 Atq; hominum ratione ad cõd, sensuq; ferarum  
 Degenerare palam? Veteres non tanta Quirites,  
 Quamlibet ignaros C H R I S T I, uerbiq; superni,  
 Capit, et Asonias non tanta licentia gentes,  
 Masculam ut in Venerem ruerent, prætorq; uel ullus  
 Tale magistratus facinus laudaret, et ulro  
 Criminis infandi se ferret amore teneri:  
 Inter Christigenas hoc tu Archiepiscopus audes,  
 Legatusq; Papæ? Quid lex Scatinia tradit?  
 Nonne uetat tales puerorum, et punit amores?  
 Ast illam nulli C H R I S T I de corte tulerunt  
 Prætores, nullus Papa, nullus Episcopus orbis  
 Eloquio doctus sacro. Gens ethnica cauit,  
 Naturam tantum et sola ratione magistra,  
 Ne scelerata mares uiolaret forte libido.  
 Ergo quod ignare gentes Christi q; Dei q;  
 Lata publicitus ueterunt lege: patrabis  
 De grege Christigenum Scripturis doctus alumnus?

Et

Satyra.

179

Et populi Antistes sacro de fonte renati?  
Quid, quod Romani quoq; Bacchanalia prisca  
Tali immundicie factisq; referta probrosis,  
Tota ex Ausonia, non solum ex urbe, remorunt,  
Et grauibus poenis meritò extinxere cinædos?

Vos ergo CHRISTVS docuit, Paulusq; Petrusq;  
(Quorum ampullose iactatis nomina semper)  
Legibus ac poenis uicta & extincta seueris  
Per cæcas quondam gentes, Romamq; profanam,  
In ueteres scripto factoq; reducere sedes?  
Et quod Conscriptis est uisum Paribus olim  
Intolerandum ac turpe nefas, & stirpibus imis  
Tollendum: uos id sanctos doctosq; piosq;  
Patres atq; Papas, licitum & palmare bonumq;  
Dicere, & in toto populis permittere mundo:  
Imò persuadere etiam, haud permittere solum  
Et quid scripta uolunt aliud tua? quidue laboras?

Nam tu, ceu summa quosuis hortaris ab arce,  
Non tenuis de plebe opifex, nec scurra forensis:  
Sed Beneuentanæ præclarus Episcopus urbis,  
Summi legatusq; Papæ, Cameræq; decanus.  
¶ Heus populi, CHRISTO nomen quicunq; dedistis,  
Et quicunq; alijs terrarum habitatis in orbe,  
Auditum celeri plenoq; accurrite cursu,  
Hactenus ignorata diu mysteria mundo,  
Mascula delituit uobis contempta Dionæ,  
Ac uelut enitata scelus turpisq; libido est.

m 2 Al

At male sensisti. Nam res pulcherrima longè est,  
 Plenaq; honestatis, sanctorum & norma virorum,  
 Diuinumq; opus, arsq; cui cœlestis origo:  
 Moribus idq; meis & sancta discite uita.  
 Nam Venere hac adeò multum delector & utor,  
 Ut mihi uix mulier tota sit cognita uita.  
 At qui vir? Non ex mediæ farragine plebis  
 Redilio, nec sutor, lacera nec mulio ueste:  
 Verum stirpe satus clara, doctusq; potensq;  
 Quim & Romanæ grauis Archiepiscopus aula,  
 Legatusq; Papæ Veneti in ditione popelli.  
 Si Venus hæc scelerata foret, turpisq; putanda,  
 Non ego delectarer ea, nec abuterer unquam,  
 Non collegæ alij, non rubro tecta galero  
 Turba, Papæq; ipsi terræ cœliq; potentes.  
 Quocirca exemplum uobis proponite nostrum,  
 Nostroq; in cœlos audacter tendite calle,  
 Fœmineo ut sexu misso, atq; propaginis auctu  
 Humanæ, uagus in pueros exestuet ardor  
 Vester, molliculum & Ganymedem quisq; requirat.  
 Atq; mares etiam nonnunquam tentet adultos,  
 Dormiat & semper uobiscum pusio noctu.  
 Nos non erramus, nec uos errare potestis,  
 Tam bellæ Veneri si toto incubitis æuo.

Talia proclamias, exhortarisq; Casane,  
 In digno tecum flammis turpiq; libello:  
 O hominem nequam, constupratiq; pudoris.

An non instauras ita Bacchanalia mundo,  
 Sedulò quæ ueteres olim extinxere Quirites?  
 Scilicet exustæ renouas exempla Gomorræ,  
 Et scelere infando Sodomam uicisse laboras  
 Italus Antistes, spurciq; expressa Papatus  
 Forma. Protax si quis loqueretur talia scurra,  
 Ludionæ aut mimus, cerebri uel morio quassi,  
 Publicitus, pueri, iuuenes, matresq; uiriq;  
 Auribus hunc clausis iacerent saxisq; lutoq;  
 Putribus aut ouis insectarentur ab urbe.  
 Si mentis quis sane ac uellet honestus haberi,  
 Hocq; fateretur, iactaretq; atq; doceret,  
 Quis non despueret, linguamq; è faucibus imis  
 Truncandam ferret, flammisq; uoracibus illum  
 Tradendum? Et faceret iudex & prætor honestus,  
 In quo diuini uel nica timoris inesset.  
 Haud ratio perfert ipsa, & Natura repugnat,  
 Tantum audire scelus committi, aut laudibus ullis  
 Dignari: quid deinde, palam uulgòq; doceret  
 Fecerat hoc ipsum uates Rhodopeius olim,  
 Coniugem ob amissam uesano percitus oestro:  
 Quem discerpserunt etiam matresq; nurusq;  
 Threijciæ meritò. Nec qui testudine saxa,  
 Et manes Erebi, ac rigidas de montibus ornos  
 Mouerat, immitesq; ad se pertraxerat ursos,  
 Mollieratq; cheli blanda genus omne ferarum,  
 Femineos aliquà potuit sedare furores,

Quod scelus hoc contra naturae tradere iura  
 Tentasset, generisq; humani tollere germen.  
 Hic illi non Calliope mater, nec Apollo  
 Profuit, aut cantata intonsis carmina syluis:  
 An te drauce salax merito defendet ab igne,  
 Aut genus, aut tituli, nomen' ue, aut mitra bicornis?  
 Cæsare & si quid leges ac iura ualerent,  
 Impius & si non quiduis impunè Papatus  
 Citra hominum auderet legumq; Dei, q; timorem,  
 Atq; indulgeret sceleratis omnia membris,  
 Non tu uitales carpfisses haec tenus auras,  
 Consimilesq; tui. Flammis issctis ad Orcum  
 Iampridem, uestra aut lacerassent viscera corui,  
 Talibus atq; foret tellus purgata cinædis.  
 Iam uero postquam sceleratus cuncta Papatus  
 Moribus & studijs diuina humanaq; uertit,  
 Impuri Ausoniæ redierunt secla Neronis,  
 Viuitur & passim quasi tempestate Tiberi,  
 Principe uel Caio quodam, aut Vario Antonino:  
 Iamq; uices Sodomæ gerit, olim amplissima Roma,  
 Ac Gabaonitis posset certare scelestis  
 Omnis in Italia derafo uertice turba.  
 Cur non auderes suasit quodcunq; libido?  
 Et sicut titulis magnoq; excellis honore,  
 Cur non flagitijs etiam præstantior essem?  
 Forsttan & triplicem sic nanciscere coronam.  
 Quippe hoc sanctorum merita effecere Paparum,

Ut uulgo insigni iam de nebulone feratur:  
 Tam malus est nequam, Christiq; inimicus & osor.  
 Vi fieri possit Papa, Eò tu tendis opinor,  
 Quam sic publicitus te confiteare cinedum,  
 Atq; ad idem horteris scelus Archiepiscopus omnes:  
 Nec uerbis modò pennigeris, tenuiq; susurro,  
 Sed duraturis chartis, libroq; diserto.  
 Num quis fecit idem? Quis te sceleratior uno?  
 Pectore quam bellè toto, quam sensibus imis  
 Consilium infedit, Sityris quod scripsit Aquinas:  
 Aude aliquid breibus Gyaris aut carcere dignum,  
 Si uis esse aliquis: Probitas laudatur & alget?  
 Macte noua uirtute pater: sic itur ad astra.  
 Sic tu tergeminam poteris sperare coronam.  
 Cardincum' ac fores unquam susceptus in album,  
 Si non uirtutes istas preclaras facta  
 Scripto ostendisses libro Archiepiscopus antea?  
 Proximus hinc ad summa gradus, culmenq; Papale.  
 Quare nil miror ueterum te spernere leges,  
 Ac sordere tibi cœlestis iussa magistri:  
 Non illis nostro posses emergere seculo.  
 Græcorum magis arridet lascivia Hetrusco,  
 Quam Romanorum uirtus, moresq; pudici.  
 Et Samosatensis sententia Callicratide,  
 Vitaq; Zenonis placet, infandumq; uetusti  
 Orpheos inuentum, plus, quam sententia Pauli,  
 Quamq; tulit sacro diuinus codice Moses:

Qui capit is d̄amnant, puri q; à limine cœli  
 Excludunt moechos, scortatoresq; cinædosq;;  
 Et quicunq; male sectantur ludicra carnis.

Quid prodest autem? Quæ demum commoda speras,  
 Si niteas ostro, & rubro uelere galero,  
 Et uel tergeminam si nanciscare coronam,  
 Deliciasq; habeas omnis, carnemq; sequaris,  
 Et laute summo quocunq; fruaris honore,  
 Hæc dum uita manet, breuis & dum suppetit hora:  
 Ac tandem eternum regno excludare superno,  
 Et uermes ignemq; feras, tormentaq; dira,  
 Quæ tibi deberi diuina oracula monstrant,  
 Iam teq; addictum tenebroso intelligis Orco?

Sed quid ego hæc tecum? qui nec fortasse malorum  
 Restare ultorem credis: nec debita iustis  
 Præmia qui reddat, nec subterranea regna,  
 Nec manes ullos, animas nec uiuere semper,  
 Corporaq; è spurcis nunquam redditura sepulchris:  
 Et breuiter, nullum esse Deum, numenq; uerendum.  
 Certè Cardinei paucos hæc credere cœtus  
 A iunt, pontifices præsertim. Nec procul heret  
 Dissidet à uero. Nam quis sic uiuere posset?  
 Quis tot flagitijs factisq; studere scelestis,  
 Talia qui credat? Quis non horresceret imo  
 Pectore, committens, laudans, & deniq; scripto  
 Commendans alijs, quod tu Archiepiscopæ nequam,  
 Cui uel mica bone mentis? qui crederet ullum

Esse

**E**sse Deum? poenasq; malis restare perennes?  
Perge igitur reprobæ exemplum specimenq; caterue,  
Nil ago: te frustra reuoco, non alloquar ultrà.

**V**os uero fautores sacri oforesq; Papismi,  
Illi ut persuasum olim ponatis amorem,  
Nec CHRISTI sponsam, fidei nec dogmata sacra  
Tradere credatis Romani membra senatus,  
Sed Stygij potius curare negocia regni.  
**H**aec qui nouisti quondam, odistiq; Papatum,  
Pergite: poenite at nec uos sentire, maligni  
Demonis instinctu fundatumq; atq; creatum.  
**N**amq; boni tandem quid prima ab origine gesisti?  
Tempore uel Phocæ recites, gnatiue Pipini:  
Doctrinam fidei humano suppressit oletu,  
Extinxitq; ab Apostolico plantata senatu,  
Promeritoq; suo CHRISTVM spoliauit honore:  
Progenuit monachos, genus exitiabile uero.  
**G**ratiam, & æthereas sedes, uitamq; perennem,  
Et quicquid CHRISTI est, accepto uendidit auro:  
Miscuit humanis diuina humanaq; sacris.  
**L**egitima & rasis uetuit connubia membris.  
Scortari uoluit potius, uiolareq; nuptas,  
Atq; uaga audacter per cuncta libidine ferri  
Compita. Deerat adhuc unum, impietatis & omnis  
Summa manus, naturæ etiam ut ueneranda creatæ  
Iura extirparet: sexumq; relinqueret illum,  
Quem Deus ad generis sobolem formasset Adamo:

Quem uolucres nullæ pecudesq; feræq; relinquunt,  
 Quemq; colunt pisces, serpentesq; atq; dracones.  
 Nunc consummat opus, supremumq; inchoat actum,  
 Pestiferum regnum, vastansq; aper Antichristus.  
 Prodit enim illius membrum præsigne Casanus,  
 A latere (ut dicunt) legatus, præsul opimus,  
 Stirpe satus clara, doctus mysteria regni,  
 Ac se publicitus paediconem esse fateitur,  
 Et saepè incestasse mares puerosq; subando:  
 Non fuis sanè lachrymis, animoq; dolente,  
 Ut quem pœnitiat sceleris, uel terreat Orcus:  
 Aut qui promittat uitam emendare sequentem.  
 Non scelus atq; nefas fecisse existimat ullum,  
 Verum opus egregium, cunctisq; imitabile sanctis.  
 Nam nudo capite ac scurræ de more profani  
 Iactat ob id sese: quin obleclarier inquit  
 Hactantum Venere, atq; ferè uti deniq; sola.

Ergo tenes frustra fortii modò fulmina dextra,  
 Summe Deus? Nunc ergo ignes ac sulphura desunt,  
 Quis perdas hostes, atq; ulciscare Casanum,  
 Infandum caput, et totius membra Papatus?  
 Quæ scelera audacter committunt, teq; silentem  
 Assiduo irritant scriptis factisq; scelestis,  
 Ut iacent etiam sese, sperentq; coronam.  
 Quid, quod et ille tuum sanctum ac uenerabile nomen  
 Polluit, infamatq; male, autoremq; nefandi  
 Te sceleris dicit: sed et hoc ex arte profectum

Esse

Esse tua. Sic nōnne ex te cacodæmona fингit?  
 Proq; bono sanctoq; Deo, ac osore malorum,  
 Tanti flagitijs scelerisq; ait esse parentem?  
 Qui nam mentiri potuisset turpius, et te  
 Detrahere è solio, spurcisq; immergere lamis?  
 Non Satanam reor ipsum ausum tam indigna profari,  
 Nominē tamq; malo numen uiolare tremendum.  
 Et tu connives, ac dissimulare uideris?  
 Arripe iudicium pater, et te iuuere monstra,  
 Atq; odisse malos, nec talia facta probare,  
 Certè olim, quando ruit effrenata libido  
 Consimili cursu posito de fronte pudore,  
 Proq; bonis homines duxerunt pessima facta,  
 Non tam lentus cras. Reclusisti intima mundi,  
 Immensasq; Erebi duxisti è fontibus undas,  
 Extinxiq; homines simul et uiuentia cuncta,  
 Exceptis tantum fragilis quos cæperat area.  
 An non sulphureus Sodomitas obruit ignis?  
 Coelestisq; malam subuertit flamma Gomorram?  
 Cæteraq; in studijs hærentia regna pudendis?  
 Talibus exemplis olim, horrendaq; futuris  
 Monstrasti poena, quam talia facta furenti  
 Odisse animo, quam nec malus unus et alter,  
 Nec multæ quoq; myriades densæq; caternæ  
 In conspectu impunè tuo consistere possent.  
 Este bono fratres animo. Non gratia semper  
 Numinis et fauor est, uitæq; probatio sanctæ,

Debita

Debita continuò si non vindicta sceleratos  
 Obruit. Horribilis prauæ est patientia uitæ:  
 Fit furor, & nunquam placandam euadit in iram.  
 Quo magis ergo Dei iam sustinet ira Casanum,  
 Atq; gradu incedit lento, ac parsisse uidetur  
 Consimili omnipotens turbæ, rasisq; Papisq;  
 Hoc grauiorem illis poenam impendere sciamus.  
 Est leue, coelestis subitò si deuoret ignis,  
 Sorbeat aut tellus uiuos, aut obruat unda,  
 Momentumq; aliquod sceleratos hauriat unum:  
 Maiora hos exempla manent, iustissimus olim  
 Quæ iudex edet, ualidæ modò cognita dextræ.  
 Ergo licet summa dominantur pace Papistæ,  
 Et faciant' quicquid lubet, hortaturq; libido,  
 Magnoq; applausu regum populiq; colantur:  
 Haud tamen ignorare queas, ad summa teneri  
 Supplicia, & celsi damnatos lege Tonantis.  
 Sint bona dc cunctis quanquam speranda sceleritis.  
 Nil tamen hic sperare licet. Durißima ceruix,  
 Et caput indomitum, corq; intractabile sacro  
 Eloquio, spernensq; omnis retinacula freni,  
 Impia mens etiam, æternoque reuincta stupore,  
 Impediunt, obstantq;. Mali sunt, & iuuat esse.  
 Maxima delinquunt, & deliquisse triumphant.  
 An non præclarè nobis probat ista Casanus,  
 Presul, legatusq; Papæ? Cur deinde potentes  
 Ad Venetos missum reris? Num crimina fusis

Ut deplorarent lachrymis, iusteque dolerent?  
 Ipse nihil dolet, haud ullo sua crima fletu  
 Plangit. Se iactat potius, statuamque uidetur  
 Poscere, quod nequam sit, deuotusque cinatus.  
 Num mores ut corrigerent: prauamque recepto  
 Vitam emendarent CHRISTO, Dominumque timerent?  
 Corrigit ipse nihil, Christum contemnit et odit.  
 Vita ipsi scelerata placet, cassusque timore est,  
 Consimilesque sui conatur reddere ciues.  
 Hoc Veneti uobis placet? Hoc perferre potestis?  
 Edidit urbe librum in uestra, nomenque profani  
 Chalcographi apposuit, ne nesciretis opinor  
 Pontifice a summo quam sanctus Apostolus ad uos  
 Venisset, quam sancta etiam precepta dedisset.  
 Credo euidem factum uobis doluisse nefandum:  
 Nec sane immerito, quum non vulgare Senatus  
 Magnificaque adeo uestrae sit dedecus urbis.  
 Et si quis fecisset idem plebeius, inopsque,  
 Precipitem cum nequam adeo turpique libello  
 Adriacas illum (scio) merissetis in undas,  
 Aut iisset rabidis per uos ad tartara flammis.  
 Sed quid uerticibus rasis faceretis, et unctis?  
 Sunt sacrosancti, quos ausit tangere nemo.  
 Ipsorum hoc decreta canunt. Hoc maximus orbi  
 Intonat Antistes, quo sit liberrima uita  
 Absque magistratus legumque ensisque timore,  
 Et pateat semper lata ad scelus omne fenestre.

Nes

Nec satis est ipsis prauæ indulgentia uitæ,  
Verum alios etiam ( clementia tanta uirorum est )  
Inuitant illò, reuocantq; ad pilea mundum,  
Ut faciat quicquid libet, excutiatq; capistrum,  
Nec se diuina p. statu rite teneri.

Atq; ut id obtineat tandem, efficiatq; Casanus,  
Vestrum quæsiuit ( Veneti ) nomenq; locumq;  
Quippe locus uestra quis nam populosior urbe?  
Quà tot conueniunt peregrini à cardine quois  
Terrarum? Cuius nomen præclarius urbis?  
A' Solymis igitur totum ut peruenit in orbem  
Lux Euangeli quondam: sic ille per omnes  
Terras & populos longè sperauit iturum,  
Magnifica uestra quicquid scripsisset in urbe,  
Atq; suum uestro protexit nomine crimen,  
Ut uirtus foret, ac magnum mereretur honorem.

Hoc nonne indignum penitus, capitisq; piandum  
Suppicio facinus? Verum nil bellua muri.  
Nam qui non metuit diuinum aspergere numen  
Insigni probro, atq; Dei calcauit honorem:  
Huic graue non est, quod uestram contaminct urbem,  
Spargereq; horrendum studeat late inde uenenum.

At uos nondum intelligitis, quid tota Papismi  
Colluicies curet? præriter quod uita, fidesq;  
Doctrina, ritus, studium, meditatio, mores,  
Nil CHRISTI prorsum sapiant, sponsæq; redemptæ,  
Sed ueterem inferni ludum ac decreta magistri?

Mentem

Mentem aperite uiri, et tandem cognoscite uerum:  
 Nec uos præstigie, nec nomina uana morentur,  
 Nec tituli magni, nec opes, nec raptæ potestas.  
 Fructus aspice impuros ac scripta Casani:  
 Quem quisquis norit, facile cognouerit omnes,  
 Iuratos ut C H R I S T I hostes, scelerumque patronos.  
 Quidlibet accurant, patrantque, feruntque, patrari:  
 Fidere tantum unicu[m] C H R I S T O noluntque, uetantque.  
 Cuncta tibi faciles etiam delicta remittunt,  
 Minxeris in cineres quanquam matrisque, patrisque:  
 Si uero unius credas te sanguine C H R I S T I  
 Omnibus à noxis, letho, Satanaque redemptum,  
 Hoc est quod posuit nunquam hac à gente remitti:  
 Prorsus ab illorum misericordia excluderis Olympo.  
 Iampridem bullis etenim est contraditus Orco,  
 Quisquis doctrinam sequitur retinetque, uetus tam,  
 Promptam ab Apostolico quondam Vatumque senatu.  
 Quin reges etiam et populos precibusque minisque  
 Instigare Papæ non cessauerent cruenti,  
 Ut uastaretur tristi Germania bello,  
 Ac delerentur quotquot sincera seruti,  
 Inuentis hominum atque superstitionibus aures  
 Atque animum nollent præbere. Hoc scilicet illis  
 In uotis semper fuit: huc incumbere mallent,  
 Finibus Europæ crudas quam pellere Turcas.  
 Quippe sue cernunt doctrinæ monstra, dolosque,  
 Cultusque impuros, monachatum, idola, suarique;

Passim

Passim imposturas ruere, ac uiles cere nugas,  
 Et minus argenti Romam & portarier auri.  
 Ut sua seruarent ergo deliria, abusus,  
 Peruersos cultus, turpem super omnia quæstum.  
 Nil intentatum nuper liquere: sed omni  
 Robore gesserunt rem, tum prudentia & astu.  
 Propositus liber est fundens documenta Papatus,  
 Quem iuxta sacras inducebantur in ædes  
 Sacrifici, simulacra, cruces, altaria, Missæ,  
 Quicquid & impietas quæstusq; inuenierat olim.  
 Sicra impugnabant regnante pulpitæ Christum:  
 Mox spoliabantur pellebanturq; ministri,  
 Qui noſſent uerum reduci postponere falſo.

Huius inter turbas uerum, tristemq; tumultum,  
 Librum etiam ipſe ſuum uulgauit ritè Casanus,  
 Infandos tradens puerorum expertus amores,  
 Idq; opportunè ſatis, ipſo & tempore plane.  
 Nempe liber prior ille fidem cultumq; docebat,  
 Mox etiam mores uoluit uitamq; Casanus  
 Noſtrorum regere, ac sanctam præſcribere normam,  
 Quia poſſent duros tandem placare Papistas,  
 Posteriore libro. Nos ſcilicet eſſe cinaedos,  
 Et quo uis grandi coopertos crimine mallent,  
 Inq; Acherontæum (libeat ſi) credere regem,  
 Quam dictis Euangelicis uitamq; fidemq;  
 Corrigere, ac diuina aliiquid præcepta uereri.  
 O' idola, lupiq; O' & Babylonis alumni,

Quātū

Quām conspirasti cōtra Dominumq; Deumq;?  
 Quām nihil est uobis frontis? quām iuditis orbem?  
 Ceterū ego non hos adeō demiror, amici,  
 (Nam stupidi sunt, ac reprobi, quæstumq; sequūtur;  
 Et luxum, uentremq; est qui Deus unicus illis)  
 Reges demiror magnos, populiq; magistros,  
 Atq; magistratus quosdam, populosq; potentes,  
 Quod non deuitent, detestenturq; Papatum,  
 Diuino sed adhuc fermè uenerentur honore:  
 Quum tot flagitijs scatcat, crassisq; tenebris.  
 Nostris coniugium uix concessere ministris,  
 Proposito in libro: pædicanter interea ipsi,  
 Scortanturq; palam, turpiq; libidine feruent,  
 Quæ diuina satis damnant humanaq; iura.  
 Sacros exurunt libros, admuntq; popello:  
 Nempe suas nobis gerras & spurca Casani  
 Scripta ut proponant, discamusq; esse cinædi.  
 Per Christum mandat solum sperare salutem  
 Omnipotens pater: at mandant diuersa Papistæ,  
 Et per mille uias miseros ad tartara ducunt.  
 Singula quid memorem? Satanas uix tetrior esset,  
 Vix tantæ Aegyptum quondam oppressere tenebrae.  
 Attamen interea sancti iusti q; putantur,  
 Christigenumq; duces, monstratoresq; salutis,  
 Vnde stupor tantus? Prudentū ubi lumina quesos?  
 Siccine dementat nomen, uertexq; perunctus?  
 Ast aliquis forsitan castigans, dicit iniquum,

Vnius ut propter scelerati scripta Casani,  
Omnes condemnem pariter, iugulemque; Papistas:  
Multos esse bonos, & qui praedicta reprendant.

Haud equidem credo quenque iustum esse, bonumque;  
Cui Papa non sorbet manifestus ut Antichristus:  
Namque, licet mores quorundam ex vita probetur,  
Sunt tamen errorum fermè scelerumque; ministri:  
Haud aliter siquidem summus fert ille monarcha.  
An bonus esse potest, cui detestanda malorum  
Vita placet? Qui fert doctrinas scriptaque; nequit:  
Nec contradicit, nec punit, si qua facultas?

Dignus erat pro confessis turpique; libello,  
Insigni quadam poena Sodomita Casanus.  
Omnino certè fuerat spoliandus honore,  
Ac mitratorum numero expungendus in ætum.  
Et poterat poenas sanctissimus ille monarcha  
Sumere quas uellet: quando nec regibus altis,  
Quim nec Cæsaribus parcit, sed detrahit ipso  
Nonnunquam è solio, uexatque; premitque; rebelles.  
Qua poena affectis sceleratum queso Casanum?  
Nulla. Nec uerbo saltē obiurgauit acerbo.  
At fuerit lentus (finge) aut nesciuenter ille,  
Nunquid Cardinei doluerunt criminē Patres?  
Nunquid uel tenui damnarūt murmurē librum?  
Quid tot mitratis tot docti, totque; peruncti  
Ausonia tota, quibus est liber iste pudendus  
Visus, an aduersus quicquam scripsere Casanum?

## Satyra.

195

An cuiquā inde mage, aut Romanæ sorduit aulæ  
Nil horum. alta nimis rosere silentia cuncti,  
At non sunt adeò muti segnesq; profecto,  
Nec tam mira tenet sanctos patientia Patres.  
Si quis uel scripto uerbōue extollit I E S U M,  
Ac ueræ meminisse audet fideiq; speiq;.  
Hic mox conclamant, seq; exhortantur ad arma.  
Opprimere exemplò sat agut cū autore libellū,  
Atq; fremunt omnes rasorum dira cateruæ:  
Pectore nempe dolent toto, indignumq; uidetur  
Commissum facinus. Quis non intelligat ergo,  
Mirificè cunctis scriptum arridere Casani,  
Et poena dignum nulla, nulloq; uideri  
Taxandum scripto: sed promeruisse triumphum,  
Et potiore aliquo tollendum prorsus honore?  
Censuit hæc eadē ipse quoq; Ambiſt, atq; rogauit,  
Multaq; promisit se millia sponte daturum.  
Profuit argentum ualde, scriptumq; scelestum  
Splendidi ad incrementa status, uotoq; potitum  
Euexit Paulus quartus, rubroq; galero  
Donauit tandem, Patrumq; asscripsit in album.  
En hominis poenam scelerati. En quale Papistæ  
Concipiant odium contra turpisima facta.  
Hos ne bonos censes? Horum te nomina terrent?  
Quale hoc conciliū? Qualis confessus, ubi ostro  
Publicitus fulget laxo Sodomita Casanus?  
Iura ubi dat populis; ubi de pietate, fideiq;

Moribus & factis Italus pronunciat Orpheus?  
 Porrò pares paribus fermè sociantur, (ut aiunt)  
**Addictisq;** ferè studijs bene conuenit iisdem:  
 Sus lutulenta sui non indignatur, & hirci  
 Instabulo facile se compatiuntur eodem.

Non ergo est ut quis uelit excusare Papistus,  
 Hosce colunt mores: his se uirtutibus orbi  
 Commandant: his se factis iactantq; feruntq;  
 Ipsum præsertim caput, & qui prima uidentur  
 Membra, & deraſi celsissima culmina regni.  
 Et sunt, qui nondum fugiant uitentq; Papatum!  
 Sed fidei normam credant, morumq; magistrum!  
 O' glaucoma tenax: o sclerophthalmia tristis:  
 O' magna mentis tenebræ, cordisq; stupores.  
 Quin etiam nobis ira indignantur acerba,  
 Quod decreta, fidem, cultus, ritusq; Papatus  
 Linquimus impuros, moresq; reprehendimus atros,  
 Feruidum auariciæ studium, fastumq; superbium,  
 Assiduum luxum, turpesq; libidinis æstus:  
 Diuinisq; fidem scriptis formare studemus,  
 Et uero cultu Christo uitaq; probari.  
 Quis prudens uero iustum hanc existimet iram?  
 Tu ne adamans tenebras, clarè irascere uidentur?  
 Tunc podagrosus, pedibus plantisq; ualentur?  
 Esto, putes temet sanum, & uel Lyncea quendam,  
 Nosq; uicissim oculis captos, errareq; prauè,  
 An nos propterea perdendos ense uel igni

Censem

Censes? Quin potius miserere, ac ducito rectè.  
 Redde oculos nobis, & persuadeto misellis  
 Diuino eloquio, sana ratione modoq;  
 Cognitus an nobis persuadeat Antichristus  
 Commentis nihil, ac doctrinis dæmoniorum,  
 Cardineusue ordo, coniuratæq; phalanges,  
 Punicis trabecis, mitræue, amplexoq; galero?  
 An simulatores Monachi, & Sodomita Casanus,  
 Vita execranda, scriptisq; librisq; nefandis?  
 Absit, ut hæc furiosa pios dementia prendat.  
 Cui sordes adeò arrident, sordescat in æuum,  
 Deuoret & cupide rasorum stercora patrum.  
 Nos autem prono cursu fugiamus amici,  
 Quantū quisq; ualeat pedibus, cultumq; fidemq;  
 Doctrinam, studia & mores ac scripta Papatus:  
 Quis magis atq; magis se declarantq; probantq;  
 Quam Satanæ sint mancipia, osoresq; Tonantis.

F I N I S.

n 3 NOBILI

NOBILI AC CLARISSIMO  
simo, Balthasari à Gultling, Ducatus Vuirtenber-  
gensis Camerario hereditario, ac praefecto  
Vultpergæ, patrono suo,

THOMAS NAOGEOR-  
gus S. D.

**S**YMMACHVS quondam Vrbis praefectus, Senatus Romani nomine legatione functus est apud Valentinianum Imperatorem: petiitq; ut ara Victoriae, quæ à Christianis Imperatoribus antea decuria sublata erat, restitueretur loco, Vestalibus que virginibus sua emolumenta redderentur, legans & Romanæ urbis senectutem, cultusque falsorum deorum diuturnitatem: simulq; Icchæter dicens omnia successisse olim, ac euenisse, sub falsorum deorum cultu: & contrâ, sub Christiana religione conuersa omnia in deterius, terrarum sterilitatem, famem ac bella exorta esse. Cuius relationi ac argumentis & D. Ambrosius respondit, & Prudentius poeta duobus libris. Haud dissimili modo nunc agunt Papistæ, falsi cultus abususq; multiplices sublatos uolunt, contenduntq; restitui, ac nihil immutari penitus: & quum ad eos tutandos sacrarum Scripturarum testimonij destituuntur, ad diuturnitatem consuunt, quasi annorum multitudo errori ac impietati patrocinetur, aut quasi stulta & impia senectus laudem mercatur. Quamuis autem restitutio petatio, atq; allegatio diuturnitatis, ridicula

dicula sit & impudens, s<sup>æ</sup>piusq; explosa: non pudicuit tamen Ludimagristrū quendam Embricensem eandem ingredi uiam, editoq; superiori anno libello tutari Papisticos cultus, omnesq; superstitiones, per malē feriatos quosdam in Ecclesiam inuectas, ob diuturnitatem, longamque Episcoporum successionem, atque multorum sculorum consensum. Neq; hoc contentus est, inuehitur acerbissime in Lutherum, quem etiā ardere dicit apud inferos: proscindit & D. Brentium nominatim: deinde tacite nos omnes, qui sinceroris doctrinæ sectatores sumus: perstringit Principes ac magistratus, qui suę ditionis Ecclesiás iuxta Euangelicam doctrinam reformati, sublatis impijs cultibus, superstitionibus, abusibusq; manifestis: omnia deniq; mala, quibus his quadraginta annis Germania afflita est, imputat doctrinæ quam profitemur. Eius ego libellum serò uidi, nempe tum, quum iam D. Iacobus Andreae, uetus amicus meus, illi respondisset: cuius tamen responsonem tum mihi perlegere non licuit, eo quod statim Francofordiammittenda erat ad Typographum. Venit is tamē ad me, narrauitque mihi de Embricensis scripto: recitatoq; eius statu atq; argumentis, rogauit, ut Satyram confutationemq; aduersus autorem scriberem. Cui negaui primum, me non dubitare dicens, quin ipse satis confutasset hominem: nec opus esse, ut idem à duobus ageretur, præsertim quin ego alijs occupatus essem. Peruicit tamen ut promitterem, cuius mihi promissio- nis fides utcunq; præstanda fuit: respondiq; pau-

q̄is ad quædam, duobus libellis, non tam confusa-  
tandi, quām deridendi Grammatici illius causā.  
Quum autem nouissēm ( uir non solum nobilita-  
te generis, uerū etiam uirtutibus ac erudi-  
tione ornatissime ) quantus essem ueritatis sin-  
ceriorisq; doctrinæ amator: singularisq; tua mi-  
hi perspecta esset humanitas erga omnes, & sum  
ma erga me benevolentia: hosce libellos tuo no-  
mini dedicaui, ineptè fortassis, ut quos scia in-  
digniores esse, quām qui tibi dedicari debeant:  
nolui tamen, quum aliud scriptum in præsentia  
in promptu non haberem, futuraq; scirem esse  
incerta, his saltem libellis obseruantiam erga te  
meam testari. Quod boni consulas, rogo: meq;  
habeas, ut antea, commendatum. Vale,

Dat. Stutgardiae: 6 Octobris,

1558.

DE

## DE DISSIDIIS

COMPONENDIS, AD MA-

thiam Bredenbachium,

Liber I.

THOMAE NAOGEOORGI

Carmen Iambicum

Scazon.



VVS libellus, litterator annoſe,  
Iterum editus, ſententiā tuā nobis  
Quo ſponte, & à nemine rogatus,  
exponis,  
Ratione qua uiaq; nata compōni  
Diſſidia poſſint: uifus eſt mihi tandem,  
Audeq; lectus: ſcilicet uolenti ipſi  
Concordiam, pacemq; resq; compoſtas:  
Nouasq; te res utilesq; ſperanti  
Adferre. Verūm poenitet pigetq; heu iam  
Legiſſe, ſicq; perdiſſe ſex horas:  
Quod pace (ſi licet) tua ſit emiſſum.  
Nam putidos me repperiſſe carbones  
Intelligo, quum quaererem atq; ſperarem  
Theſaurum. Inutiles enim atq; peruersas  
Adfers uias, à plurimiſq; monſtratas  
Huc uſq; te peritioribus multo  
Rerum ſacrarum, præditisq; maiori

Autoritate & eloquentia summa.

Nec nos latet, quod nos uocarit huc Cæsar,

Eiusq; frater Ferdinandus: et magnis

Rem uiribus, opibus, minisq; tentatam.

Et paruisse mus libenter his olim,

Vias easq; pariter ambulasse mus,

Ni certa nos ab terruisset & summè

Fugienda pernicies: et illa non rerum,

Nec corporis, charæ sed animæ, & æterne

Salutis. Admodum proinde demiror,

Quid litteratori tibi modò in mentem

Venerit, et unde audacie huius insane

Acceperis causas, uti putares te

Conuiciari eadem, monereq; et librī

Tractare oportere, pariterq; damnare,

Post Eccios, & Fisceros, & Emseros,

Post et Cochlaeos, Pighiosq;, Fabrosq;,

Latomosq; & Alphonsos, nigrosq; Syluestros;

Aliosq; permultos Papistici regni

Olim æneatores & antesignanos,

Postq; actiones Caroli tot Augusti,

Post bella cædesq; & minacia edicta,

Post carceres deniq; fugasq; flamasq;.

Tu ne arbitraris posse consequi te iam

Ludimagistrum, subdolo libello, quod

Non consecuti sunt uiri illi, et haec acta

Erras magister, plurimumq; deliras,

Addit

## Liber I.

203

Ad te quod attinet, & per arduā hanc causam.  
 Quis enim es, latebras ut relinqueres ludi,  
 Inq; hanc arenam haud antea tibi tritam,  
 Nec congruam, sic impudenter exires.  
 Nullius hortatu aut Episcopi iussu,  
 Quibus sacrorum tribuis atq; doctrinæ  
 Solis potestatem? Sed eruditum te  
 Fortasse nesciuere, uel putauerunt  
 Non satis idoneum Theologicas ad res  
 Ob coniugem ductam. Sed ipse duxisti  
 Longum, superiorum manere præcepta,  
 Vocationemq; metuens tibi nempe,  
 Ne rumpetur præscientia uenter:  
 Simulq; ne descenderes ad infernum  
 Prius, peracto quam facinore palmari,  
 Quod iam senex es, proculq; ne quaque  
 Fatis ab extremis. Proinde ne tantum  
 Sapientia periret, silenter & tecum  
 Absconderetur litterario ludo,  
 Mox exilisti Theologus quasi insignis,  
 Qui uirgula censoria palam arrepta  
 Populos doceres uera que fides esset,  
 Que religio, queq; pietas, uis & quis  
 Dissensiones partium queant tolli.  
 Sed rectius profecto (crede) secisses,  
 Si sacra tractasses silenter in ludo,  
 Libro nec edito partibus propinasses

Te

Te utriscq; ridendum. Fuisse sed dicis  
 Doctissimos viros Colonienses ac  
 Louanienses, qui tuam datis ad te  
 Epistolis sententiam probauerunt.  
 Fuisse credo. nam Papistici regnant  
 Illic sodales. Et quis haud Papistarum  
 Florere cerneret libenter, & sumnum  
 Papatum habere gradum? Papatui uero  
 Quod tu ruenti porrigis manum, atq; illum  
 Quasi quispiam Atlas subleuare conaris,  
 Rident & illi: oneri ferendo cernentes  
 Non esse te, pueriliter sed ac ualde  
 Temerarie prouinciam tuam egressum:  
 Ludimagistri est litteras iuuentutem  
 Et liberales ( quas uocant ) docere artes,  
 Euoluereq; lingue utriusq; scriptores:  
 Non conciones aggredi, uel excusis  
 Pronunciare de fide palam libris.  
 An non tenes proverbum illud antiquum:  
 Ne sutor ultra crepidas? & illud: Artem, quam  
 Quisq; didicit, eam exerceat? Nimis præcepit  
 Fueristi, & inconsideratus, ipsam nec  
 Sententiam secutus es tuam, o belle.  
 Scripsisti enim: Concordiae uiam & pacis  
 Esse unicam, quisq; ut negotium tantum  
 Agat suum, atq; creditam sibi quisq;  
 Curare studeat functionem, & a cunctis

Abstinet

Abstineat alijs. Nempe sentiens clare,  
 Non esse Principum, suas per urbes ac  
 Dominia, ut errores Papisticos tollant,  
 Cæcæq; abominanda monstra doctrinæ,  
 Luxtaq; sermonem Dei reformare  
 Ecclesiæ studeant. Episcoporum esse hoc  
 Duntaxat. At quis credidit tibi munus  
 Disidia componendi et in sacris rebus,  
 Fideiq; doctrina, uel hoc uel illud sic  
 Pronunciandi, publicè editis libris?  
 Hoc sat liquet, non esse litteratoris,  
 Sed Episcoporum uel Theologici cœtus.  
 Cur non tuum egisti negocium quæso,  
 Si pacem amas, concordiamq; sectariss?  
 Sed gloriae spes, et fauor Papistarum,  
 Egere te præcipitem, ut in tua pelle  
 Dormire non posses, nec ipse (quod suades)  
 Descenderes in te, satisq; librares  
 Tuæ quid esset functionis, et quid nam  
 Præstare posses. Quid, quod absq; spe lucri  
 Prodiisse te huc, credibile non uidetur mihi  
 Multis quidem tu pernegas, et hoc de te  
 Non uis putari: coniugatus ut qui sis,  
 Non unctus, aut raus. Quasi haud dari possint  
 Præmia etiam ihs, qui matrimonio iuncti,  
 Non recipiuntur in Papisticos cœtus.  
 Venaris argentum, uel aureos montes,

Cum

Cum gloriose nomine, & Papistarum  
 Fauore, gratiaq; Non solent parci  
 In his, uel ingratia esse. Cernimus namq;  
 Similes tui multos ad astra sublatos,  
 Et dignitates splendidas q; opes nactos.  
Quod te quoq; illexit, capesseres tantum ut  
 Negocij. Nunquam miserrimus senex,  
 Et literario occupatus in ludo,  
 Ac plurimis tortus domesticis curis,  
 Hoc ausus essem facinus absq; spe summa.  
 Licet q; tibi sperare prorsus haud parua.  
 Nam quis Lutherum, illius atq; doctrinam  
 Furiosius uel uirulentius carpsit?  
 Protexit & quis sic Papisticum regnum,  
 Ab omnibus maculis q; purius tergit,  
 Erroribusq; vindicauit a cunctis?  
 Quis ualduis iuxta ac stolidius affirmat,  
 Errare idem non posse, semper & iustum  
 Sententiam pronunciare de cunctis?  
 Minusq; parentes ei, esse damnatos?  
 Inflatius quis amarulentius q; unquam  
 Clasica cecinit, & plenioribus buccis,  
 Ut & docentes, omnis atq; doctrina  
 Non consonans Papisticae atq; Romanæ,  
 Exterminentur! Hæc amat Papistarum  
 Dogmata chorus: eorum locutus es ex corde.  
His te esse catholicum sciunt, & electum

Certo;

Certò, suoq; quæstui culineq;  
 Te uelle consultum. Licet facultas te  
 Deficiat, impar & negocio sis huic,  
 Promptam coronabunt tamen uoluntatem.  
 Dignus profectò mi uidere, qui certa  
 Lege absolutus (quod facilimum illis est.)  
 Ludi ex magistro, scneq; litteratore,  
 Patriarcha fias, Cardinalis aut primus,  
 Aut cui fluat Paetolus aut Tagus saltē.  
 O' ambitio dira, & fames sacra auri, quo  
 Mortalium tenebrosa ducitis corda?  
 Tu charitatem iactitas quidem fratribus,  
 Quos disperire tuo silentio haud ultra  
 Posse pati, ut partim in Papistica firmes  
 Fide, reducas partim ad illam aberrantes.  
 Ea coactum te, lupum indicare, inquis:  
 Ut cognito illo, cuncta rite componi  
 Dissidia possint. At cupiditati istuc  
 Grammatice prætendis, facisq; consultò  
 Simplicibus ignarisq; fucum. Ea auri & argenti  
 Est charitas, non deviantum fratribus.  
 Quid enim tibi cum ouibus, lupoue, qui non sis  
 Pastor? An Episcopi tibi atq; pastores  
 Videntur esse nulli, oues reducant qui,  
 Curentq; conseruare, uel lupum ostendant:  
 Ut ex schola tu litterator, ut uulpes  
 Ex anstro, ouibus oggannias tue planè

Non creditis curæ? Si id exigit fratum  
 Dilectio, ut in alterius irruat quisq;  
 Prouinciam, si quid periculi cernit:  
 Quis ordo, quis status manebit immotus?  
 Fratrum salutem promouere debemus,  
 Comodaq; ad illorum esse semper intenti:  
 Sed iuste & ordinate, & absq; cunctorum  
 Iniuria. Namq; illa charitas qualis,  
 Quæ spoliat hunc, ut largiatur illi: uel  
 Quæ perimit hunc, ut seruet illius uitam?  
 Est ista furum, immaniumq; latronum  
 Erga suos dilectio. Et tibi si istuc  
 Permittis, ut Grammaticus in sacris rebus  
 Pronuncies, statuasq; proximos propter,  
 Quorum salus commissa ritè nequaquam est  
 Tibi: cur negas & Principum ac magistratus  
 Id esse munus, subditorum ut ipsorum  
 Curent salutem tam in sacris quam in humanis:  
 Eliminent impia, profana, peruersa:  
 Salubria instituant, sacrisq; Scripturis  
 Conscientiae lis popellus est certe  
 Commissus à Tonante, suntq; pastores,  
 Et à profanis nomen hoc & à sacris  
 Scriptoribus habent. Proximos amas si tu:  
 Amant & illi. Tu uocatus ad curam  
 Non es, sed absq; curris ac strepis iussu:  
 Illi uocati sunt, Deicq; mandato

Obtenu

Obtemperant. Illis proinde qua fronte  
 Adimis, benignè quod tibi ipse permittis?  
 Sed charitas te nulla ( ut antè iam dictum )  
 Fratrum impulit, Papatui ut manum afflito  
 Grammatice porrigeres, tuiq; contra nos  
 Effunderes amarulentiam cordis:  
 Sed auaricia, & inanis ambitus famæ,  
 Ut notus essem facinore edito insigni,  
 Pausaniæq; Erostratiq; de more.

Quid enim? Papatum tu tueris insane?  
 Et Antichristum palliare contendis,  
 Quem publicatum vult nouissimo hoc seculo  
 Rerum Creator? Arduum, & tuas supra  
 Vires negocium, omnium imò uiuentum.  
 Videto, ne huius dum ruinam Atlas fulcis,  
 Simul opprimare: Polydamanti athletæ quod  
 Euenit olim. Nam profectò mi cæcus  
 Essem, uideres à Deo geri ipso rem,  
 Ab eo Papatum impelli, & illius sordes  
 Tenebrasq; crassas omnibus reuelari.  
 Tu litterator eriges, & abscondes?  
 O' improbum numis, impiumq; conatum.  
 Cæterum age uideamus libri tui partes,  
 Quā nam arte rem sapientiaq; pertractes.  
 Tria polliceris: indicare nimurum,  
 Quis sit lupus seductor. Arte post quānam  
 Seduxerit oues. Qua deinde seducti

Ratione possint liberari ab errore.

Ostendere hæc quidem cupis, sed indocte  
Confundis ac misces, et ordine nullo  
Proposita pertractas: quasi haud librum nobis  
Scribere uolueris, sed facere moretum. Vnde et  
Responsa distinetè satis dari haud possunt.

Lupum ut indicares, admodum facetè adfers  
Aesopicum apogorum: ut uidelicet cunctis  
Patefaceres, theologiam tuam Aesopi  
Huiusnam ex Apologis, teq; litteratorem  
Legisse nequaquam oscitanter Aesopum,  
(Non persequar ego cuncta, nec refutabo: haud  
Breuitas enim, nec ratio carminis perfert,  
Commodius alij ac fortius refutabunt  
Oratione libera) Pudetne autem,  
Totius illam fabulam tui libri  
Posuisse fundamentum, et arbitratum te,  
Quam per librum toties resumeres dignam?  
Bellè inchoasti rem, superq; ridenda  
Basi Corythei improbiq; Therfitis  
Statuam locasti. Sic decebat ordiri  
Grammaticum, extrellum Papisticæ gentis  
Columen. Areij deinde gesta denarras,  
<sup>& gen.</sup> Græcis scri  
bitur, Confinxerint: Ecclesiasticas ut te  
Liqueret historias semel quoq; Aesopi  
Post fabulas, legisse. Serio et tanto

Narrat.

Liber I.

218

Narras, quasi hactenus ante legerit nemo,  
Vulgatus quum sit nihil uel indoctis.  
Quid simile uero Areius atq; Areiani  
Nobiscū habent, uel cū Lutheru? Ad hāc causam,  
Tractare quā statuis, quid attinet facta  
Recitat Areij? An ut dolosē is irrepstis  
In principum animos, sic Lutherus irrepstis  
At nec inimici hoc dictare sunt ausi,  
Obstante ueritate. Tota enim Europa  
Nouit, quām aperta fronte & absq; fuso ille,  
Technisq; subdolis, sed ore cum corde  
Consentiente docuerit, nec ullius  
Principis amicitiam appetiuerit prauis  
Artibus. An ille detulit Papas falso,  
Aut quempiam alium de Papistico cōetu,  
Athanasium quemadmodum olim Areianis  
At uerius uero retexit, ostendit,  
Redarguit scelera impiasq; doctrinas,  
Peperere quas Monachi & chorus Papistarum.  
Neq; tu, nec illi unquam probare diuersum  
Poterunt. Nec abstinent enim, nec emendant  
Vitam priorem: desinunt nec obniti  
Vero, ac superstitiona multa sectari:  
Sed indies magis magisq; peiores  
Flunt: Lutherum uera totus ut cernat  
Scripsisse mundus, abominetur & gentem  
Papisticam. Ergo inceptius recenses, quid

¶ a Fecerit

Fecerit Arcius, qualib[us]q[ue] Areiani  
 Dolis abusi sint, suos in errores  
 Ut simplices perducerent, & incertos.  
 Nihil hic dolis surreptione q[ue] est actum,  
 Vllis ue criminacionibus falsis:  
 Compluribus bonis sed ipsa persuasit  
 Doctrina spiritus & efficax sermo,  
 Rei q[ue] ueritas patentior Sole.

Quid aut erat opus, ut refelleres tandem  
 Doctrinam Areianam? locosq[ue] Scripturæ  
 Exponeres? An nemo contra Areianam  
 Insaniam scripsit, locosq[ue] Scripturæ  
 Exposuit, ante te? Sed imperitis sic  
 Imponis, ut docere nos tueri ue  
 Eadem putent falso, atq[ue] neminem arcana  
 Sensumq[ue] uerum propriumq[ue] Scripturæ  
 Te præter unum nosse litteratorem:  
 Mundoq[ue] nisi benignitate diuina  
 Tu nunc fores datus aut relictus interpres,  
 Fuisse peritum fidem, simulq[ue] omnem  
 Synceritatem religionis. Hoc de te  
 Quum sentias ipse ( nec enim ista scripsisses,  
 Nisi tumuisses arrogantia summa )  
 Nil hercle mirum fuerit, & tui ludi  
 Sentire pueros o[mn]i[r]as: præclaros:  
 Qui gratias etiam olim agent tibi ingentes,  
 Quod sensum eis aperueris libello isto,

Orach.

Oraculorum intelligent ut arcana.

Accedis ad rem tandem, & indicas ipsum  
 Lupū atq; pseudoprophetā, & omnium autorē  
 Dissensionum ac calamitatum acerbarum,  
 Lutherum: & hunc facundia canina, qua  
 Polles, flagellas, rumpis atq; discindis,  
 Sursum ac deorsum proteris, rotas, calcas,  
 Tandemq; ad inferos iacis, uorantiq;  
 Contradis igni. Quām bene est, quod ante annos  
 Decem ille defunctus reliquerit terras,  
 Tuū nec expectarit impetum ē ludo?  
 Profectō iugulasses uirum libello isto.  
 Fueritq; licet haud timidus admodum, certō  
 Tamen metu se concacasset ingenti,  
 Ut simia, tua tonitrua ista si audisset:  
 Contraq; eum si fulmina ista torsisses,  
 Terram sibi exemplō debiscere optaſſet.  
 Recte sed anteueritit, atq; clementi  
 Maluit obire morte, quām tuis cæſus  
 Fulminibus. Hicq; fuit propheta non falsus:  
 Sed proditurum aliquando litteratorem  
 Scuit, tonitrua ferre cuius haud posset.  
 Tu uero iniquus es, ferocq; & immutis,  
 Qui mortuum etiam uulneras, ut Argui  
 Olim Hectorē; uidelicet satis tutō,  
 Ut nempe respondere qui tibi haud posſit,  
 Tuasq; sycophantias refutare.

## 214. De dissidijs comp.

Bellator acris si putarier uelles,  
 Eligere aliquem & prouocare uiuentem,  
 Tuum. erat, cumq; minimè edentulum, strato  
 Quo fortiter, uictoriam reportares  
 Laudabilem, durabilemq; in eternum.  
 Cum mortuis pugnare dicitant tantum  
 Laruas & umbras, non uiros manu promptos.  
 Tua qualis ergo fortitudo, qui pungas  
 Laceres q; defunctum? uidelicet Laruae  
 Imbellis, ignavus, timidus, iners, effrons,  
 Calumniator, criminator, impostor.  
 Tu Brentium quidem silenter attingis  
 Primum: deinde nominas, & hortaris,  
 Ut ad Papisticum genus reuertatur,  
 Ne more Grylli malit esse porcus, quam  
 Homo: atq; cum uideris antagonistam  
 Habere uelle: non tamen metum expellis,  
 Verum reformidas ne is impetu facto  
 In te ruat, culicemq; sicut extinguat.  
 Quod inde perspicuum, subinde quod palpo  
 Conuicia studes mitigare prolata.  
 At tu metum depone. Non leo mures  
 Agreditur, infectatur aquila nec muscas.  
 Deridet is te, Gryllicumq; commentum,  
 Multumq; de dignatur in furentem te,  
 Rerumq; sacrarum imperitum, & in ludo  
 Tantum moratum huc usq; litteratorem,

yel

vel tollere stilum. Quin Lutherus (ut dicam  
 Verè atq; serio) tuum libellum si  
 Vidisset aut legisset, in iocum ac risum  
 Vertisset effusum, atq; uerbulo nullo  
 Dignatus esset te: quemadmodum multos  
 Te doctories atq; Theologie mystas  
 Contempsit, ac dimisit absq; responso.  
 Mignanimus etenim erat, simulq; incundus,  
 Atq; hilaris ingenij, nihilq; curabat  
 Huiusmodi culicum atq; cimicum morsus:  
 Verum monet eis iustus improbos libros  
 Lubebat in coena sibi legi, ut risus  
 Materiam haberet, & animum relaxandi  
 Meliora post studia & pios labores, quis  
 Euangeli iubar reduxit oppressum  
 Mundo, salutis & scientiam nerae.

Vitam illius tu carpis, atq; doctrinam,  
 Grammaticam? Quo pacto potes? Quid a!fser sex  
 Triuio calumnias Papisticæ coelus,  
 Quisi non ad omnes sit frequenter à doctis  
 Responsum, & omnibus pijs satis factum?  
 Ad te' ne res redit triarium tandem,  
 Eadem agites ut, flagitesq; responsum?  
 Tu' ne renouas bellum, ac adorem queris,  
 Quim tot sophiste quæsiere nequicquam?  
 Roffensis aduersus testimoniū, ceu non  
 Quām plurimi ctiāl ex Papistica corte

Malè dixerint Lutherò, & illius uitam  
 Factaq; reprenderint, simulq; doctrinam.  
 Quid interest autem? Satis liquet cunctis,  
 Non ueritatem Euangeliq; doctrinam  
 Spectasse eos, nec gloriam Imperatoris  
 CHRISTI, sed antiquos Papisticæ questus  
 Doctrinæ, honores ut suos uel augerent,  
 Vel quererent, scripsisse: nilq; curasse,  
 Quām uera, quāmq; firma. Prima nimurum  
 Honoris atq; uentris urserat cura,  
 Et frontis omnem absteserat pudorem. Vnde  
 Tam frigidè, tamq; pueriliter prorsus  
 Scripsere, conseclaneis ut ipsorum  
 Displicuerint, tacitumq; mouerint risum:  
 In epistolis quod sèpe Erasmus affirmat.  
 Nihil ergo ponderis, ut nihil habent ueri,  
 Sed nænie sunt, criminationesq;  
 Duntaxat, illorum libri, bonum ac æquum  
 Qui neminem possunt mouere, nec debent.

Tu uero Erasmi epistolam ( nihil sic te  
 Pudet ) repertam nuper & manuscriptam  
 Ipsius allegas, refert Lutherum in qua  
 Virum esse sceleratissimum, idq; se ex scriptis  
 Prendisse. Quam nobis epistolam fingis  
 Grammatice, post tantum uolumen excusum  
 Epistolarum? Quod si eam ille conscripsit,  
 Nec edidit, scripsisse bile commotum

Certum

Certum est, nec animo iudicasse purgato,  
 Ideoq; pœnituisse. Tu quid autem edis,  
 In scribijs Goelnijs repertum, quod  
 Non publicandum indicauit ipse autor?  
 Mendacij illum puduit, atq; labantis  
 Constantiae (diuersa namq; persepe  
 In publicatis olim epistolis scriptis)  
 At te nec alicui pudet, neq; ipsius  
 Tui, modo impetas Lutherum & omnes nos  
 Pro more scurræ. At fictam epistolam credo,  
 Vel ab alio scriptam. Haud enim, ut putem, ad-  
 Doctissimū virū, simulq; prudentem, (ducor,  
 Leuitatis inconstantiaeq; delictum  
 Subiisse, aperteq; uoluisse mentiri.  
 Quid clarius etenim, integerrimè prorsus  
 Vitam Lutherum egisse, nulliusq; unquam  
 Sceleris reum actum, non amiculis tantum,  
 Sed & inimicis testibus? Sed ipsum audi  
 In epistolis Erasmum, ijsq; non fictis,  
 Sed editis, ab eoq; certius scriptis.  
 Vitam Lutheri nemo non probat, scribit  
 Melanchthoni. Campegio: Videbam (inquit)  
 Ut quisq; moribus integerrimis esset,  
 Et puritati proximus requisitæ  
 A CHRISTO, ita minimè Lutheru[m] eu[m] infensum.  
 Porro etiam ab illis uita prædicabatur,  
 Qui ferre doctrinam illius recusabant.

Quid testimonia cætera adferam multa,  
 In epistolis multis? Superfluum, ac ualde  
 Difficile fuerit, uerba libra angustis  
 Recitare uersibus eadem. Vel addendum,  
 Vel detrahendum esset aliquid, uel effandum  
 Aliter: quod in calumniam statim magnam  
 Tu uerteres mibi, tuq; collegæ.  
 Sed nunquam Erasmus illam epistolam scripsit.  
 Et quomodo eius deprehenderet scriptis  
 Virum esse sceleratissimum? Quis audiuit  
 Alicuius ē scriptis prehendier uitam,  
 Nisi scripserit uita ipse de sua librum?  
 Mores & ingenium animusq; eiusq;;  
 Quemadmodum ex oratione, ita ē scriptis  
 Possunt solentq; deprehendi. Erasmus ne  
 Impropiè sic, atq; scriberet falso?

Non est, epistolæ ut adferas nuper  
 Casu repertæ. Scripta habentur illius  
 Excusa cuncta, quæ quidem ipse curauit  
 Edi: in quibus nec dogmata admodum, nec una  
 Vitam Lutheri carpsit, idq; duntaxat  
 In ultimis paucis: quibus tamen quantum  
 Dindum sit, & uobis liquet Papistis, qui  
 Ipsum Lutheranum esse prædicatis. quin  
 Dogmata Lutherum illius ex libris cuncta  
 Huiussse. Tradendi modum atq; processum  
 Magis improbuuit, spiritumq; fumantem,

Vche

Vehementiamq; quam tamen uidetur res  
 Negociumq; postulasse susceptum.  
 Contra Lutherum ergo, illiusq; doctrinam,  
 Mystasq; si quid scripsit, id uel impulsus  
 A' proceribus Papistici gregis scripsit,  
 Quosdam ut sibi placaret improbe infensos:  
 Vel prouocatos acerbiore cuiusdam  
 Scripto, calor quando stomachusq; commotus  
 Temeraria atq; falsa plurima effundit,  
 Non mentis ex sententia. At Papistarum  
 Contra sceleram, uitam, simulq; doctrinam,  
 Ceremoniasq; et impias et absurdas,  
 Nec prouocatus scripsit is, nec impulsus,  
 Sed sponte et ex sententia oppido mentis.  
 Quare licet nos laeserit, grauaritq;  
 Criminaq; falsa imposuerit gregi nostroz  
 Vobis Papistis non tamen satis fecit,  
 Quos etiam ubiq; suis coloribus pinxit.  
 Eius quid ergo testimonium profers  
 Contra Lutherum, aut nos, atrocius quum uos  
 Prosciderit Mundum ( inquit ) amplius ferre  
 Ne quissem monachorum tyrannidem et fucum,  
 Pharisaicamq; hypocrisim fateturq;  
 Pro Christianis dotibus palam regnum  
 Tenuisse auariciam, ambitum et uoluptates,  
 Audaciam, impudentiam atq; liuorem,  
 Tum uanitatem, maliciamq; et hos inter

Qui

Qui se salem huius profitentur & lucem  
Mundi uides Papistici decus regni?

Nolo reliqua recitare: namq; per longum est.

Nec uersuum munus. Papista adhuc nullus

Obiecta Erasmi diluit, palam namq;

Sunt uera. porro falsa, quis notauit nos,

Iam centies diluta sunt, uirisq; æquis

Plenè est satis factum, innocentiam ut cernant

Nostram. satisfactum esset et tibi credo,

Tam diligenter usq; lectitasses si

Nostros libellos, lectus est ut Aesopus

Tibi: aut ueteribus non calumnijs rursum

Nos impetisses, nec suaue nec pulchrum

Existimasses, cantilenam eandem & te

Canere, cucullosq; inter ac coaxantes

Ranas uideri uelle. Nam quid aduersus

Vitam Lutheri facinora obijcis, quæ nec

Erasmus unquam, uir nec ullus obiecit

Sanus? Pia etenim, recta, iusta sunt plane

Quæ factatu dogmataq; seruidè arrodis.

Deseruit, inquis, ordinem, cui uoto

Obstrinxerat seſſe. Deim quoq; uxorem,

Post cœlibatus foram Episcopo uotum

Factum, sibi aliunxit. Duo hæc in immensum

Exaggeras fō, cinora, nil quasi unquam actum

Sit peius ait sclestius. Sed ætate

Grammatice deliras, & id reprendis quod

Laudem

Laudem meretur, atq; iure patratum est.  
 Quid enim mali fecit, quod ex diuturno  
 Errore rediit in viam? Quod humanis  
 Nugis relictis, impijsq; doctrinis,  
 Sese recepit ad salutis autorem  
 CHRISTVM? Nec ante se tamē recepit, quam  
 Monstrasset ac sat indicasset errores,  
 Palam editis libris: uidelicet ne quem  
 Offenderet rerum imperitum, et harentem  
 Luto in Papistico. Quid ordines essent  
 Monachorum, et instituta quid Papistarum,  
 Quid uota, quidq; Christiana libertas,  
 Luculenter exposuit, pedemq; retraxit  
 E' seruitute tandem. An ille non uidit  
 Quæ uota sint seruanda, quæ minus: uel quæ  
 Vita fidei Christoq; congruat: sed tu  
 Nunc cernis, Ac sopo magistro et autore,  
 Nos postq; quadragesimum doces annum?  
 Te non pudere miror oppido, tales  
 Proferre nenia, tuamq; mundo ipsum  
 Inscitiam arrogantiamq; monstrare.  
 Est disputatum sat superq; de uotis  
 Lutherò ab ipso, cæterisq; permultis:  
 Cur non legis? cur non refellis? An surdi  
 Referre personam iuuat, sibi dici  
 Viam rogantis, neutiquamq; parentis,  
 Quamuis frequenter dicat aliquis, hac ito:

Verum

Verum subinde interrogantis, ibo quæ  
Mittendus est huiusmodi, atq; responso  
Dignandus haud ullo. Nec ipse tu dignus,  
Respondeatur cui: tamen triumphum ne  
Pares & exultes, breue dabo responsum.

Possibilia esse uota, piaq; debent, quæ  
Vel reddere aut uouere quis Deo possit.  
Hoc non negabis opinor, aut Papistarum  
Quisquam. Sed omnis controuersia est, quæ nam  
Sint possibilia, piaq;. Cæterum ijs constat,  
Quis notus est Christus, fidesq; sincera.  
Ad procreationem homo est creatus: nec  
Hominem esse solum censuit bonum, humani  
Autor generis: hinc masculum atq; fœmellam  
Fecit, perenni copulauit & nexus.  
Et procreationis insitus carni  
Ardor, aliquandiu quidem potest freno  
Reprimi: sed omnino, nisi carne corrupta,  
Hominum arbitratu aut lege non potest tolli,  
Quemadmodum cibi appetitus aut potus,  
Sed priuilegio eximit poli rector  
A lege generali, beatq; nonnullos,  
Ut carnis haud ulla ustione tangantur,  
Nec sentiant famem sitimq; communem.  
In lege uero permanere communi  
Debes, quoad diuersa dentur à Patre:  
Nec is statim precibus dat, aut uoluntati

Hominiani

Hominum, peculiaris illa decreti  
 Dona. Vnde CHRISTVS pernegauit id cunctis  
 Datum, abstinere matrimonio ut possint.  
 Nec enim uolentis aut uouentis est istud,  
 Sed libere dantis Dei, quibus uisum.  
 Vouere uero, quod datum tibi non sit,  
 Quid aliud est, tentare quam Deum, atq; ipsi  
 Vim facere naturae bonum quod euentum  
 Habere non solet. Dies quadraginta  
 Moses & Elias, & ipse Seruator  
 Abstinuit a potu ciboq; prorsus; nec  
 Id sanitati eius, nec obfuit uitæ.  
 Datum uidelicet illi erat. Si idem quisquam  
 Voueret, an non stultus esset, ac demens,  
 Dei q; contempor? Neq; hoc enin posset  
 Praestare, uel suam ipse perderet uitam,  
 Quam cuiq; commendat iubetq; Natura  
 Curare, et ipse Deus. Fuere nonnulli  
 In coelibatu castitatis exemplum,  
 Nec attigere mulierem. Extiterunt et  
 Mulierculæ castæ, uiri absq; contactu:  
 Peculiaris nemp; eos Deus dono  
 Dignatus est, soluitq; lege communi:  
 Ut singulare quemq; Paulus affirmat  
 Habere donum. Sed quid hoc ad illos, qui  
 Eiusmodi dono carent? An exemplò  
 Quum uouerint seruare uirginem, aut castè

Viueret.

## 224. De dissidijs comp.

Viuere, iugum extra matrimonij, id possunt?  
Salomon negat, se continere, ni dono  
Valere diuino. Omnibus datum haud esse,  
Vt continere se queant, ait C H R I S T V S.  
Tu prædicabis, posse qui uelint omnes?  
Quid impudentius autem? At hoc negato, iam  
Vouere stultum est, impiumq; cum, dono  
Qui careat, arrogat etenim sibi, uires  
Quod ferre non possunt suæ, nec à Patre  
Datum sibi esse sentit. Aureos mille  
Promitterem si tibi, nec unum habens, nōmne  
Promissio tibi displiceret illa, & te  
Ludibrio haberi tantum, itemq; rideri  
Existimares? Sic Deo placet nunquam,  
Temerè suæ qui infirmitatis oblitus,  
Diuersa communi aufficatur à lege,  
Citra uocationem, & ipsius donum.  
Ad matrimonium sumus creati omnes:  
Vtantur ergo matrimonio, quos non  
Deus beatit continentia dono,  
Ne corruant ad altiora tendentes,  
Vt Icarus quondam, atq; polluant scmet  
Varijs libidinibus. Dei hoc iubet uoce  
Apostolus, scrtationis & causa  
Eliminandæ, propriam habeat ut quisq;  
Uxorem. aitq; melius esse, coniungi  
Legitimæ uxori, uestione quam affligi.

QVI

Qui matrimonio abdicant se, & æternam  
 Dei absq; dono continentiam spōndent,  
 Quid aliud acquirunt, sōuentq; quām carnis  
 Ardorem inextinctum, cui haud ualentēs deīn  
 Resistere, hominibus Deoq; contempto,  
 Scelerā patrant uel clām palamius. Scortantur,  
 Viduasq; uirginesq; identidem & nuptas  
 Vitiant, aliaue scelestiora designant:  
 Quem admodum uidemus in Papistarum  
 Regno libidines uigere in auditās,  
 Coniugia postquam spērnere atq; uitare,  
 Lataq; sibi lege prohibere cōperunt.  
 Ex dæmonum nam prouenire doctrinis  
 Meliora non potuere. Clericos sane,  
 Sacrificulosq; continentiam uerbis  
 Vouere p̄scriptis, facillima forma,  
 Multumq; ridenda, scio: ( Hocq; promitto  
 Implere quantum ualeo, dictitantes ) sed  
 Centesimus non continentiam seruat:  
 Seruare nec proposuit, ut statim qui se  
 Neget ualere. At istud an Deum non est  
 Ludibrio habere, omnesq; suco mortales  
 Decipere, sanctos ut piosq; censerent,  
 Et singulari p̄deditos Dei dono,  
 Qui continentiam in modū hunc spōndissent  
 Sed bene habet. Est abstensus iste iampridem  
 Fucus, patet probrosa uita iam mundo

## 226 De dissidijs comp.

Totius ordinis Papistici suntq;

Meritò Papistæ abominatio cunctis

Non ob scelestam solum & improbam uitam,

Sed impias diabolicasq; doctrinas.

Stulte uouent, præstant nihil, Deo & mundo

Dant uerba. coniugium quidem sat euitant,

Sed interim scortantur admodum audacter.

Quasi melius ita agant, (quod impius quidam

Nebulo docere est ausus impudenter) quam

Si matrimonio ueterentur, ut iusfit

Ex spiritu diuino apostolus Paulus.

Di. 32. Nul- Quod si Canon ualere debet antiquus,

Ius. Audire qui Missam uetat sacerdotis

Qui concubinam habeat, Papisticos inter

Cuius rogo audienda erit? Vbi sunt casti

Ac continentes? Coelibes quidem cuncti,

Sed concubinas ac lupas habent cuncti

In urbibus uicisq;: quod uetant leges

Patrum, Deiq;. Hæc cine sibi uolunt uota,

Quæ coram episcopo palamq; uouerunt?

Impossibile ut est continentiae uotum,

Sic impium quoq; est, nisi eximatur quis

Dono Dei. Nam illa fenestra duntaxat

Aperitur ingens ad libidines turpes,

Non promouetur castitas, honestasq;

Non ergo talia uota dixerit quisquam

Præstanda, nisi demens, Deiq; contemptor.

Vitanda

Vitanda, rescindenda sunt, & erroris  
 Venia petenda, siue publicè siue  
 Concepta priuatim sient. Redux olim  
 Iephthe, immolaturum Deo satis stulte  
 Se uouerat, quicquid domum reuertenti  
 Primum sibi occurrisset. obuiam uenit  
 Filia, quam & immolauit. Impius Iephthe  
 Reddendo uotum fuit, ut antè delirus  
 Vouendo. Nam contra uouere naturam,  
 Contraq; leges atq; iura, contraq;  
 Pietatem honestatemq; nil licet, nedum  
 Praestare. Deus abominatur utrumq;.  
 Vouete, redditeq; Propheta dixit: sed  
 Possibilita piaq; uota sensit, & te ipso  
 Teste. Ad eadem illiusq; gnatus hortatur:  
 Ne protrahas præstare, si qua uouisti,  
 Deo enim haud placet(ait) infidelis & stulta  
 Promissio. Infidelis est, pium si non  
 Et possibile uotum tribuere naturas.  
 At stulta, si rem nec piam nec æquam, nec  
 Quæ sit tuarum uirium aut facultatum,  
 Voues. Utrumq; displaceat Deo. Haud ergo  
 Vouere simpliciter Deo placet: uerum  
 Piè uouere, ac reddere ipse que possis.  
 Lutherus ergo, quum Papisticum errorem  
 Secutus, id uouisset, ad quod haud esset  
 Idoneus, nec sibi uidetur à Patre

Datum: simulq; melius esse nouisset,  
 Docente Paulo, matrimonium iustum  
 Contrahere, quam uriz: & esse castitatem, cum  
 Vxore propria rem habere, quod quondam  
 Paphnutius persuasit in patrum coetu:  
 Erroneum temerariumq; uitauit  
 Votum piè, quod impiè esset ac praeuè  
 Præstare conatus. Sed obijcis uotum  
 CHRISTI parentis, continentiae uotum  
 Quasi possibile sit, omnibusq; reddendum  
 Modis. Et ipse dico idem, Dei dono  
 Si sit tributum, ut continere quis possit.  
 Et Maria, si datum sibi à Deo sensit,  
 Vouit piè: utq; potuit ex Dei dono  
 Præstare, sic & debuit. Sed unde ipsam  
 Vouisse confirmas? An ex eo dicto:  
 Quoniam virū haud cognosco? Friuolū hoc ualde  
 Adq; hanc probandā rē nimis quoq; infirmū. (est  
 Non uirginalis castitas uocebatur  
 Tunc apud Hebræos, nec monasticus mos hic  
 Inoleuerat. Dumq; fuit in potestate  
 Virgo parentum, haud debuit sine assensu  
 Vouere eorum. At nunquam eos ad id uotum  
 Dediisse consensum, illud arguit firmè,  
 Quod eam uiro nuptum dedere. Quod uero  
 Lyranus inquit, non eam quidem expresse  
 Vouisse, sed desiderasse duntaxat

Seruare uirginem suam: deinde autem,  
 Quum contigisset ei maritus eiusdem  
 Propositi, eos uouisse pariter: haud firmum est.  
 Nec ueritati consonum. Tum enim nondum  
 Conuenerant: nec uirgo multa cum Ioseph  
 Vlto citroq; colloqui, ac uoluntatem  
 Suam uterq; quinuit indicare, uotumq;  
 Concipere. Non hoc moris inter Hebreos  
 Fuit. Atq; si propositum habebat id Ioseph,  
 Cur duxit uxorem? Valebat id certe  
 Commodius exequi, atq; tutius multo  
 Sine coniugali uinculo. sui quippe  
 Vir corporis non ultrà habet potestatem,  
 Sed uxor. An quum non haberet id primum,  
 A' uirgine dein arbitrare persuasum,  
 Parentum in ædibus? Sed hoc perabsurdum est.  
 Nec uirginis pudor tulisset, aut mos tum  
 Communis, actum si quid esset hac de re  
 Vel clàm palam ue. Quin Dei uoluntatem  
 Mysteriumq; quum angelo reuelante  
 Didicisset & Iosephus atq; uirgo post,  
 A' coniugali sponte temperauerunt  
 Congressu, utrumq; gratia Dei certa  
 Donoq; conseruante, nullius uoti  
 Reum. Haude eo proinde, quo putas, sensu,  
 Tuiq; quos adducis in libro autores,  
 Quoniam uirum haud cognosco, uirgo dicebat.

Addiscere litterator antè, quām tractes,  
 Sacra: nec putes, si garrente te in ludo  
 Plausum auferas, puerorum ex obstrepat nullus.  
 Idem futurum publicè quid audente  
 Mandare scriptis. Sed reuertor ad causam.

Quòd cœlibatus coram episcopo uotum

Factum Lutherus rescidit, piè est factum,  
 Et Christianus improbabit hoc nullus.

Recurrere olim satius esse dicebant,

Quām currere male. Error Papisticus fecit,

Et pestilens supersticio, tenebræq;

Sermonis ignoratioq; diuini,

Ut impie uoueret, & supra uires.

Orta deinde luce, req; perspecta,

Correxit errorem: atq; apostolo Paulo

Obtemperare rectius putauit, quām

Papisticis diabolicisq; doctrinis

De cœlibatu, de monasticis uotis,

Vitâq;. Quid enim habet Monastice nostrâ,

Ex diametro quod non repugnet integris

Ecclesiæ moribus? eatq; diuina

Mandata contra Larua ficta duntaxat

Pictatis est, artificium interim uafrum,

Scelerumq; & impietatis, atq; stultorum

Muscipula, inertiumq; & ociosorum

Præsepe. sicut confiteris & scribis

Non perperam: Ignauissimis scelestisq;

Ex iuuenibus, quos nec scientia possit,  
 Virtute nec præceptor ad genus uite  
 Formare honestæ ullum, esse refugiū extremum  
 Monasticen, uitamq; et ordinem cleri.  
 Miror tuos hanc contumeliam posse  
 Tolerare, quam tibi ueritas rei expressit:  
 Sed more Caiaphæ, propheta es illorum.  
 Laudare non potes monasticen turpem,  
 Nec clericorum spurcè olentium uitam,  
 Quos comparas bellè cum episcopis hircis.  
 Non male Bohemi dictitare sunt ausi  
 Quondam, ordines monachoru[m] ab inferoru[m] esse  
 Principe repertos, ut uidelicet sectas  
 Omnis. profectò spiritus Dei haud finxit,  
 Quod ueritati, Euangeliq; doctrinæ  
 Adeò repugnat. Nam docemur in sacris  
 Scriptis, redemptorem unicū esse Christum, qui  
 Se uictimam obtulerit Deo patri, et mundi  
 Portauerit delaueritq; totius  
 Delicta, pro nobisq; fecerit plenè  
 Satis. hoc negat monachi, atq; semetip[s]os ac  
 Alios redimere moliuntur à morte,  
 Atq; sua et aliorum expiare delicta,  
 Satisq; pro se alijsq; facere, in ipsorum  
 Qui se fidem atq; opera precesq; commendant.  
 Legem docemur neminem suis posse  
 Implere uiribus, et Dei uoluntati

Plenē satis facere. Negatur hoc prauis  
 Constanter à monachis, & autumant se  
 Implere non solum, sed insuper plura  
 Supererogare, quæ deinde diuendunt  
 Iusticia egentibus. Docemur incassum  
 Deum coli cultibus ab homine adiuuentis,  
 Hominumq; præceptis, simulq; doctrinis.  
 Hoc per negant monachi: atq; sunt in hoc totis.  
 Ut regulis ueste q; ciboq; delecto,  
 Et constitutionibus sine impostis  
 Numero Deum colant: suoq; peruersos  
 Tanti æstiment cultus, putent ut iis se  
 Vitam mereri æternam. Inanis est C H R I S T U S.  
 Monachis: sit occisus licet, flagellisq;  
 Cæsus, resurrexit & inferis uictis,  
 Ascenderitq; ad suprema cœlorum:  
 Monachi nihil mouentur, audiuntq; ista  
 Haud aliter, audirent quam Vlyssis errores:  
 Meritis onusti, nullius redemptoris  
 Egent. Viam perfectionis ingressi,  
 Euangeli gratuita dona contemnunt.  
 Docemur obsequi parentibus nostris,  
 Eosq; honore prosequi: scelesti illi  
 Contrarium docent, uoluntq; calcari  
 Imperia patrum præ monastices uoto.  
 Præcepta quoq; profana turgidi Abbatis,  
 Vel Guardiani, uel Prioris insani

Ipsis Dei audent anteferre præceptis:

Quid reliqua comemmorem, quibus Deo illu-  
 Faciuntq; fucum hominib. imperitis? Hæc dunt,  
 Est summa rerum. Status & institutum ipsum  
 Est impium: impi a uota sunt, & absurdæ:  
 Ut intuenti litteras patet sacras.  
 Olim Ethnicorum furor, & Imperatorum  
 Edicta seu compulere non paucos  
 Deserere patriam, patresq; & in uasta  
 Latitare cremo solitarios: qui post  
 Etiam alios traxere ad id genus uitæ,  
 Victum sibi manuum labore quærentes,  
 Sine ueste præscripta, absq; uertice abraso,  
 Sineq; superstitione, legibus, uotis,  
 Ut Christiani liberè morabantur  
 Aut pariter aut soli, nihil Redemptori  
 Vel detrahentes, uel sibi arrogantes: nec  
 Se nominantes ullius magistri de  
 Nominæ, quod olim apud Corinthios Paulus  
 Reprenderat: sed Christiani erant omnes,  
 Christoq; libertate spiritus uitam  
 Viuere studebant. Diabolo magistro dein  
 Surrexit hoc quod cernimus genus teturum,  
 Votis superstitionibusq; formatum,  
 Seruum hominibus, fugitiuum ab omnium rerū  
 Satore: Christo inimicum, inutile agnatis,  
 Inobedientis parentibus, rebelle ipsis

## 234 De dissidijs comp.

Episcopis ac publicæ potestati,  
 Papamq; solum pro Deo suo agnoscens,  
 Mundo graue, superbum, tumensq; factorum  
 Meritis, rudibus & sanctimoniæ imponens  
 Opinione: deditum interim multis  
 Sceleribus, acceptum impijs, pijs autem  
 Abominandum, ut persequens pios omnis,  
 Auidumq; sanguinis innocentis, in sectas  
 Diuisum, & authores suos ferè centum,  
 Quos nomine refert, quos celebrat, extollit,  
 Si non supra CHRISTVM, attamen locat iuxta:  
 Conformatum clarè uti liber tradit,  
 Blasphemiarum plenus atq; nugarum,  
 Ante aliquot annos editus Minoritis.  
 Summa, Monachi sex ima sunt Papistarum,  
 Ad contumeliam unici Redemptoris  
 Creti, adq; confirmanda dogmata & mores  
 Regni Antichristi, ad spiritumq; tollendum,  
 Fidemq; Apostolicam, piamq; doctrinam.  
 Qui iure quum ex Germania forent omnes  
 Exterminandi, miror admodum, in mentem  
 Quid uenerit quibusdam, ut Italis oris  
 Aliam euocarint putidam & nouam sectam,  
 Magnis monasteriaq; sumptibus condant  
 Illi: quasi haud satis prius sit oppressa  
 Germania examinibus bisce perdendis.  
 An Iesuite quia uocantur, idcirco

Sperant

Sperant iesu illos negotia acturos?

O' spes inanes, obtinebit hoc nemo,

Quemadmodum apparet palam: sed inferni

Principis agent, Papæq; ceteri ut cuncti.

Hec cum Lutherus nosset, atq; captiuum

Pro libero se cernet Papistarum

Errore factum, iure uota contempst.

Atq; ordinem ipsum, liberè Deo ut posset

Servire. Quid tu frontis obtines, factum hoc

Iustum piumq; ut audeas quasi immane

Reprehendere scelus? Quin reprendis incestos,

Et aleatores, & ebrios quoisque,

Si se recipiant castitatis & uitæ

In castra honestæ, pristinamq; deuident

Vitam, studiaque pravae? Dicitant uerè.

Hominum esse aberrare: Satanae aut, in errore

Manere. Iudas cum nuru sua ignarus

Concubuit: ast errore cognito, scemt

Damnauit, abstinuitq; et amiq; uitauit.

At sicuti meretricio illa decepit

Socerum habitu, sic falsa sanctitas multos

Uexit ac decepit. At reuelatam

Quis fugere diceret scelus, nisi insanus?

Sententiam uatis metuito dicentis,

Grammatice: Væ qui dicitis bonum quod sit,

Malū esse: quodq; malum, bonum: tenebras qui

Pro luce ponitis. Ipse, quod prius dixi,

## 236 De dissidijs comp.

Monasticen damnas, refersq; eam ignavis.

Nec non scelestis iuuenibus supremum esse.

Refugium: eam ergo quòd boni, pīj ac frugi

Homines relinquant cognitam, haud potes uerē

Damnare. Sed tu non agis tibi ut constes,

Suisq; res ueris coloribus pingas:

Verum Lutherum uti lupum esse demonstres:

Facundia atq; id obtinere te posse

Speras canina. Hinc ad calumniam torques

Rectissima quo q; quicquid & potes prorsus,

Quemadmodum in causa uidetur hac primis.

Iam si Lutherus fecit optimè, uota

Ac ordinem monastices relinquendo,

Errore quò fuit Papistico inductus,

Contrarium cuius probare tu nunquam,

Nec poterit aliis te peritior multo:

Quid deinde carpis, liberare quod cunctos

Studuit ab illo perduto statu & uotis?

Deiq; patet facere omnibus uoluntatem?

Est charitatis hoc, salutis & ueri

Scientiam communicare prolixè:

Scopulos ut indicare nauigaturis

Vel nauigantibus boni solent nautæ:

Certoq; spoliati à latronibus saltu,

Alios monere boni solent peregrini.

Periculosa ergo impianq; doctrinam,

Viam q; cæcam, callidasq; latronum

Quintus

Quum nosset infidias Lutherus expertus,  
 Reclē indicauit cæteris, & in tutam  
 Viam reduxit: nempe publicè nolens  
 Obnoxius deuotioni Athenarum  
 Esse. At fuisse, si viam ipse nouisset  
 Certam salutis, sanctioris ac uitæ,  
 Errantium nec multitudini notam  
 Fecisset. Epicheirema comprobasses si  
 Primum satis, sequeretur hoc quoq; haud falso.  
 Sed dum Lutherum malitiosè & insane  
 Reprehendis, obq; refixa uota condemnas,  
 Risum moues, inaniterq; contendis  
 Lutherum in inuidiam trahere, libellis quòd  
 Ad eadem & alios perpetrandā perduxit.  
 At non Lutherus ipse (scito) perduxit:  
 Sed ueritas, sancti q; Spiritus robur,  
 Dei q; sermo uiuus efficaxq; is quo  
 Est uetus. Exposuit Papisticum cœnum,  
 Absterruit, reuocauit impia à uita,  
 Monasticesq; opinionibus fas sis.  
 Hortatus est, uocauit ad pia & recta.  
 Multi secuti sunt uiri, puellæq;  
 Docti q; & indocti, senes iuuentusq;  
 Recte docentem, non libidinis causa,  
 Negq; leuitatis, ut calumniatores  
 Conuiciantur: sed suam ut Deo possent  
 Vitam approbare. Luxum opesq; liquerunt,

Multæ

Multa quoq; commoda et licentiam uitæ,  
 Quinetiam honores cum salarijs magnis:  
 Famæq; uitæq; subiere discrimen,  
 Vitam modò ut possent piam agere, honestamq;  
 Et esse maluere pauperes C H R I S T O ,  
 Mundoq; spreti, ac omnium wepi fñuæ:  
 Quam diuites uenerabilesq; mundo,  
 Totiq; (quod licuit) Papistico regno.  
 In gratiam hoc fecisset haud Lutheri illus.  
 Quid enim is reponere potuisset exhaustis?  
 Quiq; recluare aut protegere proscriptos?  
 Deus ipse sollicitauit atq; conuerit  
 Corda in tenebris ambulantia infandis,  
 Opera Lutheri, qui organon Deo sese  
 Exhibuit habile laboribus suis magnis.  
 Multiq; gratias agunt Deo ingentes,  
 Scriptis Lutheri quod scientiam C H R I S T I  
 Hauc scire, ueræq; pietatis. Ast idem  
 Episcopos, Ecclesiæq; prælatos  
 Traduxit, infamauit atq; taxauit.  
 An hoc negamus? confitemur, et iure  
 Meritoq; factum dicimus, tuemurq;.  
 Sat initio reuerenter atq; submisæ  
 Papas, Episcopos, sui in domo C H R I S T E  
 Admonuit officij: ut gregem suum nempe  
 Euangeli uerbo, sacrisq; Scripturis,  
 Vitaq; recta pascerent, et humanis

Ne creditas obruere pergerent nugis  
 Oves: superstitionibus ue ita insanis  
 Verum piumq; extinguerent Dei cultum,  
 Contaminarent neue sacra: honoresue  
 Pluris suos facerent, et impium quæstum,  
 Quam gloriam C H R I S T I , ac scientiam uitæ,  
 Quamq; omnium salutem ouicularum. Sed  
 Quid consecutus est boni? Quid efficit?  
 Ut si crabronum prouocasset examen,  
 Nidumq; uestparum attigisset, illi sic  
 Sunt lenitate ea effractiores, ac  
 Commenta ad humana impiasq; doctrinas  
 Et protegendas redditi, fouendasq;  
 Studiofiores. Vera, recta damnarunt:  
 Crudeliterq; homines pios trucidarunt:  
 Hostesq; se C H R I S T I esse, rebus in cunctis  
 Satis probauerunt, Papæq; fautores.

Haecine Lutherus clara debuit scriptis  
 Tegere, uel excusare? An hisce mitratis  
 Parcere? Fuisset lenitas reprehendenda,  
 Diabolicaq; silentiumq; crudele,  
 Multos in exilium uidelicet ducens  
 Certum. Cupit quicunq; gloriam C H R I S T I ,  
 Populiq; promotam salutem, ad hoc neruos  
 Intendit omnes, ut Papistici regni  
 Doctrina, Episcopi, doliq; cum uita  
 Ab omnibus noscantur atq; uitentur;

Ut nil quibus contrarium magis CHRISTO,  
 Sacrisq; scripturis. Solet pedum & mitræ,  
 Nominaq; magna fucus atq; persone,  
 Imponere incutis, ut hactenus factum:  
 Ut agere credatur negocium CHRISTI,  
 Qui agit Antichristi: et pastor esse sincerus,  
 Qui sit lupus tantum rapax & idolum.  
 Lutherus ergo canem sagacem, et haudquaquam  
 Mutum egit. indicauit atq; detraxit  
 Pellem lupus ouillam, et hoc piè ac iuste:  
 Quum publicæ salutis interesset, non  
 Conuiciandi ulla libidine adductus:  
 Ut nec Prophetæ olim, nec ipse Seruator,  
 Nec apostolus Paulus. Neq; huc Chami factum  
 Trahi potest, qui risit ebrium patrem,  
 Nudumq; traduxit: quamobrem is à patre  
 Est execratus, seruituti & addictus.  
 Non sponte se nudauerat pater, uerum  
 Multo obrutus uino, unde non merebatur  
 A' filio tradi. et hoc deinceps factum  
 Resciuit ubi, correxit atq; uitauit.  
 At uero Episcopi, Papæq; totumq;  
 Papisticum regnum, scienter & sponte,  
 Non ebrij, sed sobrij, iacent nudi:  
 Pudenda turpitudinemq; & hircosum  
 Tetrumq; fætorem omnium ingerunt oclis.  
 Neq; resipiscunt deseruntue peruersati,

Moniti licet, vias: sed usq; defendunt,  
 In contumeliam domus Dei ingentem.  
 Non hic quiescendum est: silentio hæc non sunt  
 Premenda, uoce sed altiore clamandum:  
 Cauete fures ô, cæuete latrones,  
 Cauete spurcos in Dei domo porcos,  
 Luposq; lacerantes gregem galeratos.  
 Titulis, thronis, specieq; nullus externa  
 Mouetur. Aspice Papisticos fructus:  
 Idololatrias, mania ad questum  
 Commenta facientia, putresq; doctrinas,  
 Ac derogantes unico Redemptori:  
 Aspice pompas & superbiam uitæ,  
 Facta scelerata, immaniaq; cruentasq;  
 Manus piorum sanguine. Intonanda hæc sunt  
 Publicitus, omnes consulant suæ ut uitæ,  
 Nec non saluti rectius, nec in coeno  
 Papisticæ stent hæreantq; doctrinæ.

Nec est ferendū (quod Canon iubet uester)  
 Secum ut Papa aut Episcopi cateruatum  
 Populos gehenne mancipent, & à nullo  
 Tamen interim damnentur atq; uitentur:  
 Contrarium Scriptura quum uelit sacra,  
 Exemplaq; ueteris nouiq; testentur  
 Pacti. Quia ergo propter hæc Lutherū & nos  
 Falso reprendis sycophanticō more,  
 Recteq; facta calculo notas atro,

Dist. 40. §  
Papa.

Rerum imperitus nesciusq; sacrarum?  
 Minime probasti quod cupis uel intendis,  
 Lupum esse nempe Lutherum, & omnis auctor  
 Mali, atq; pseudoprophetā. Eam quidem nō nos  
 Suscepimus prouinciam, Lutherum omni  
 Errore ut absoluamus, atq; peccato:  
 At ista que de illius obijcis uita,  
 Factisq; sceleratum ut probes fuisse illum,  
 Ridicula sunt, & friuola, atq; laudanda  
 Magis ac reprendenda. Nihil atq; apud doctos  
 Rerumq; gnaros consecutus es, quam quod  
 Te rideant, tuumq; conspuant librum.  
Quin & tui pudet chorum Papistarum,  
 Protrita quod protuleris ac refutata  
 Sæpius, & atro sepiæ haud minus succo  
 Asperseris clerum monasticensq; ipsam,  
 Nero sius nec ueriusq; tractaris  
 Negocium. Nam tu loquentiæ multum  
Quidem attulisti, ueritatis autem nil,  
 Firmiq;. Quare literator annose,  
 Maleq; patrone ac refugium Papistarum,  
 Posthac tuum potius scholasticum ludum  
 Exerceas, lateasq; nemini notus;  
 Quam sic inepte proferas tuos libros,  
 Damnesq; facta iusta & integrum uitam.

LIBER

**Q**Væ deinde te rabies furorq; uesanus  
Grammatice agitat, ut non satis habeas  
uitam

Lutheri incepit' perperamq; damnasse,  
Nisi impetas quoq; mordetq; doctrinam  
Quam neutiquam legisse te, sat appetet,  
Nec candido expendisse corde, sed libris  
Animoq; cæco hauiisse Papistarum?  
Iam prominent aures tibi, ut Midæ, longæ.  
Iam detrahenda, ut Marsyæ, tibi pellis,  
Qui sanam & optimam sacrissq; fundatam  
Scriptis reicias improbesq; doctrinam,  
Eiq; præferas Papisticas feces.

Paucis agam tecum, ut meretur insana  
Tua petulantia. Cæteris erit curæ,  
Ut latius respondeant, refutentq;  
Quæ tradis arroganter impudenterq;  
Te summā ut ad blasphemiam impetus raptet.

Quum cerneret Lutherus id Papistarum  
Studium fuisse, figerent uti leges,  
Refigerentq; duceret prout questus,  
Populiq; conscientias modis nūris  
Multisq; uexarent & impedirent, ut  
Tolerabilius inter ageretur Hebræos,  
Quam Christianos inter, absolutos à  
Mose oneribusq; legis (id quod & uester

## 244. De dissidijs comp.

Prædicat Erasmus ) axioma conscripsit,  
 Episcoporum Ecclesiæq; non esse,  
 De moribus leges iubere, uel membra  
 Fidei statuere. Haud sentiens, nihil prorsus  
 Ecclesiam sancire posse, præsertim  
 In ijs, aperte quæ haud sacris liqueant uulgò  
 Scriptis, honestatemq; promouent, atq;  
 Ad ordinem faciunt bonū, atq; nil C H R I S T O  
 Partæq; libertati ab illo cunt contrā.  
 De moribus, bonisq; nihil potest factis,  
 Nec de fide cultuq; ritè diuino  
 Ecclesia statuere, aut Episcopi: uerū hæc  
 Luculenter antè sunt Propheticis libris  
 Tradita, & Apostolicis: nec est uel addendum,  
 Vel detrahendum. Spiritu Dei namq;  
 Scriptura tradita, ad institutionem, quæ  
 Iusta doceat, sufficit, ut integer qui uis  
 Queat esse homo illis institutus, adq; omne

2 Tim. 3. Opus bonum apparatus, inquit ut Paulus.  
 In his theodænijs oportet esse omnes,  
 Dei q; soli obtemperare mandato,  
 Mortalium nec fluctuare doctrinis,  
 Seu sint Papæ, seu Præfules, agrestesq;  
 Hoc axioma, uerius nihil quo, tu  
 Conuelleres quidem libenter, & regni  
 Papistici proceres & antesignani  
 Omnes, tyrannidem uidelicet priscam

VIRE

Ut restitueretis Papæ atq; mitratis:

Contrarium sed nemo uestrum adhuc quiuit  
Probare. Tuq; nimium ineptus es , dictum  
Salomonis adducens, nihil quod hanc ad rem  
Facit. Dei præcepta de fide ac cultu,  
Bonisq; operibus, explicare duntaxat,  
Acuereq; pater diligenter & mater  
Debet suis: Salomon quod ipse, cunctiq;  
Fecere uates ac Apostoli C H R I S T I.  
Et audiendus hactenus pater gnatis,  
Materq;, quatenus Dei immanent uerbo,  
Iactoq; nil fundamini repugnant. An  
Patrem audiendum existimas, uel ijs matrem,  
Coelestis in quibus nec angelus debet  
Audiri? Episcopi uocantur à Paulo  
Ministri & øconomi Dei, cius ut nempe  
Mandata, doctrinam atq; sacra dispensent  
Probè ac fideliter: non heri, ut sua ipsorum  
Mandata proponant, fidem uel cultum  
Ecclesijs fingant, iugumq; concinnent:  
Id quod Papæ fecere, Episcopiq; hirci.

Lutherus ergo uincula & iugum rupit  
Illo axiome: iure quod Papistarum  
Proceres habet male. Quippe sunt redarguti  
Tyrannidis uiolentæ: & ex iugo illorum  
Ereptus est populus, & ad fidem ueram  
Reductus. Articulos enim aspice, ac leges,

Gal. 1.

## 246 De dissidijs comp.

Pulcherrimaq; præcripta de bonis factis,  
 Quām consonent fidei, Dei q; præceptis:  
 Intelliges tuum, non licere, nec cuiquam  
 Licuisse condere. Recitare possemus  
 Papistieæ hic fidei capita, uenustamq;  
 De moribus doctrinam, Apostolorumq;  
 Conferre scriptis, nisi alias id actum esset.  
 Summa est: Papatus uniuersa doctrina  
 Agit hoc, salutem ne unico in Redemptore  
 Quæramus ac speremus. In locum ueræ  
 Fidei, superstitionem et impios cultus  
 Inuexit, ac laqueos tetendit afflictis  
 Animabus. Et dogmatibus atq; præceptis  
 De cœlibatu, de cibis, diebusq;  
 Ieiunijs, precationibus, uotis,  
 Confessione, satisq; factione, ac de  
 Remissione, casibus reseruatis,  
 Alijsq; multis conscientias torsit,  
 Præcripta contra Apostolorum et ipsius  
 Euangelij normam. Et fuit necesse illos  
 Huc peruenire, quum semel receperissent  
 Ab Apostolorum Spiritusq; doctrina,  
 Sacrisq; scriptis, ipse quæ uocas normam  
 Lapidemq; Lydium, regulamq; amuſimq;  
 Fidei operumq; bonorum, eisq; concedis  
 Autoritatem neutiquam reuellendam.  
 Quamq; arrogosserint hanc sibi potestatem

Mondat.

Monarchicam tyrannicamq; condendi  
 Leges & articulos, libere et utcunq;  
 Satis palam fecere, uera quod non sint  
 Ecclesia, nihil que potest (ut affirmat  
 Paulus) nec audet uera contra, ab antiquis  
 Tradita Prophetis: quicquid ex potestatis  
 Habet, id ad edificationem habet, non ad  
 Destructionem. Vos libenter exlegem  
 Dominationem, terminisq; finitam  
 Omnino nullis, traderetis insulso  
 Papatui, Synodisq; Episcoporum: sed  
 Habere non possunt, quod ante nec Paulus  
 Nec Petrus habuit, ipse nec dedit C H R I S T U S.  
 Nec si superbè uendicent sibi talem,  
 Concedere id uel approbare debemus.  
 Probationes, uteris quibus, uane  
 Sunt, somniumq; merum ac ineptiae magna,  
 Responsione uel breui modo indigne.

2. Cor. 10.  
& 13.

De Maccabaeorum libro secundo, & de  
 Iacobi epistola suam Lutherus quod  
 Sententiam dixit, nihil sua fecit  
 Professione alienum, & illius magnas  
 Grauesq; causas habuit. Haud liber debet  
 Dubi j unus, incertiq; maxime autoris,  
 A ceteris cunctis docere diuersum,  
 Ac discrepare in rebus haud minutis, nec  
 Signare nouas atq; fidei repugnantes

248 De dissidijs comp.

Ceremonias, ritusq; Tum quod utramq;  
Synaxeos speciem sacerrimè exegit,  
Sordibus et à Papisticis repurgauit,  
Quis Christianus improbauerit sanus?  
Qui nempe norit præferenda quantum sint  
Cœlestia humanis, magister et nobis  
A' patre commendatus omnibus quantum  
Præstet magistris: nec licere, maioris  
Minor ut, heriq; seruus instituta ullus  
Corrumpat aut immutet. Ausus id nunquam est  
Paulus, sed ut ritum recepit à Christo,  
Sic tradidit Corinthijs, nihil demens,  
Nec se sapere melius putans Redemptore.

Cur laicis species sit altera adempta,  
Causas inanes ne clitis, piget quas hic  
Recitare: quæq; conscientijs nunquam  
Faciunt satis, timentium Deum et Christum.  
At uos, putemus ne Papatui uerba  
Deesse, dicitis aliquid modo, et magnam  
Ecclesiæ prætenditis potestatem,  
Audaciam ut uerstram tegatis insanam,  
Sacrilegiumq; pallietis. An tandem  
Non ueritati desinetis, et claræ  
Luci reluctari? Negare, quantumuis  
Vos nil pudeat, hoc non potestis, utramq;  
Mysterij partem sacri datam à Christo,  
Et institutam: uerum Apostolis tantum,

Sacrosq;

Sacroq; dicitis ordini sacerdotum.  
 Corinthijs quid ergo Paulus utramq;  
 Tradidit, ut accepisse dicit à C H R I S T O ?  
 De laicis loquitur enim, haud sacerdotum  
 Duntaxat ordine. Vnde perperā aut Paulus  
 Tradendo fecit, aut Papisticum regnum  
 Tollendo. Sed quid ego refuto tam clare  
 Peruersa, uestraq; putidissimas nugas?  
 Desinite tandem, Ecclesiam omnibus Christo  
 In rebus obsequentem (ut est ei in psalmo  
 Denunciatum: Filia audi, et inclina  
 Aurem tuam, uideq;) laicis partem  
 Mysterij ademisse dicere. Haud tantæ  
 Audacie est, conuellat ut sui sponsi  
 Mandata, sanguinisq; poculum effusi  
 Adimat: et antecedere, haud sequi intendat.  
 Hoc facinus est tantum Papistici regni,  
 Audacis, impij, et Deo repugnantis:  
 Christi q; mandata atq; munus iniunctum  
 Peccata delendi, Deumq; placandi,  
 Spernentis, obscurantis, abnegantis. Nam  
 Postquam tyramidem monarchicam inuasit  
 Aduersus interdicta, eoq; transcendit  
 Semel pudoris limites, in omnem post  
 Prorupit impudentiam, atq; omisit nil  
 Corrumperet ac uastare. sicut ostensum est  
 Alias. In hoc mysterium tamen uasto

Psal.55.

Magis impetu ruit, suamq; monstrauit  
 Audaciam. Quis namq; panis & uini  
 Mutationem tradidit realem (aiunt)  
 In sanguinem corpus q; CHRISTI, et inuenit  
 Vna quoq; accidentia absq; subiecto?  
 Quis tradidit adorationem earundem  
 Specierum, & eleuationem? Et in uicis  
 Quis iusit, urbibusq; publicè ut circum-  
 Ferretur is panis? Quis inde credendum  
 Tutos fore à rubigine agros, & à dira  
 Calamitate, et incolas ab hostibus cunctos?  
 Sacram quis actionem eam, esse confinxit  
 Pro mortuis sacrificium, atq; pro uiuis?  
 Quis fecit illam quæstui sacerdotum  
 Seruire, & omnium periculorum esse  
 Velut amuletum? Monstra tanta doctrinæ  
 Catholica Apostolicaq; non adiuuenit  
 Ecclesia, sed audax & impium regnum  
 Paparum: ut haud mirum sit, abstulisse ipsum  
 Et alteram speciem. Lutherus ergo, quum  
 Intelligeret hæc, cerneretq; funestum  
 Sacram Papatum polluisse coenam, atq;  
 Lacerasse misere: pristino nitori illam,  
 Integritatiq; usuiq; conatus  
 Restituere, ac abstergere illitas sordes,  
 Simul alteram quoq; speciem pie exegit.  
 CHRISTVM quoq; in coena negauit offerri

Pro mortuis uiuisq; mortis illius  
 Que ritè commemoratio est, & arcana  
 Beneficiorum illius arra collata.  
 Canonemq; Missamq; rationibus firmis  
 Explosit, ac turpisimam esse monstrauit  
 Abominationem: ut optimos quondam  
 Missarum amatores, grauesq; fautorcs  
 Sententiam in suam, quasi Hercules quidam  
 Traxerit: ut est uis ueritatis immensa.

Tu risu te exponis, et nihil causæ  
 Papisticæ prodes, probando diuersum:  
 Imò probare moliendo duntaxat.  
 Nil quippe consumptis inaniter uerbis  
 Probas. nec Irenæus, aut tibi antiquis  
 Patrocinatur scriptor ullus. Et prauè  
 Regem Silem sacrum obtulisse contendis,  
 Quum protulisset hospitale uictori  
 Munus Abramato. Hec quia a ritè monstrata  
 A plurimis sunt, ego supersedebo nunc  
 Ostendere. Etiāne axioma, quod scripsit.  
 Quòd sola iustificet fides, tibi sordet?  
 At uerius nil, certiusq; turbatis  
 Incundius nil conscientijs. An non  
 Iustus fide uiuit. Propheta quod dicit?  
 An non fide mundantur omnium corda?  
 Quin filij efficiuntur Dei fide sola.  
 Aut dicito, de operibus ubi tale sit scriptum?

Hab. 2.

Act. 15.

Iohann. 1.

Longum

Longum fuerit ostendere aut referre hic, quid  
Scriptura fidei tribuat, et quis effectus  
Fidei unius sit, operibus sat exclusis.

Requirit opera quidē Deus bona, et legis  
Exigit obedientiam à suis strictè:

*Esa. 64.* Quia autem opera uestra omnia, ut Propheta in-  
Immunda sunt, et nemo præstat integrum  
Decalogo obedientiam: unde per legem  
Sunt execrati omnes, placere nec possunt  
Deo, Dei q; deprecantur et sancti  
Iudicium: in alium erat necesse transferri  
Iusticiam, ut extrà quereremus, et non in  
Nobis: in uno filio Dei nempe,  
Qui mundi ab initio parentibus primis  
Propositus est: omnesq; per fidem Patres,  
Fiduciamq; in eum, fauorem adepti sunt,  
Iustiq; reputati, absoluti et à culpis.  
Lex que secuta, perq; tradita est Mosen,  
Promissionem non remouit, aut uitam:  
Scopumq; iusticie per unicum gnatum,  
In opera nostra haud collocauit, aut uires:  
Sed carnis ostendit uitia, Dei q; iram,  
Inde ut cupidius curreremus ad C H R I S T U M.  
Per legis ergo opera negat hominem Paulus  
Posse fieri iustum, aq; noxia absolui:  
Sed implicari magis ait, grauariq;.  
Quod uos Papistas, miror oppido haud nosse,

Ne

Nec uelle discere, traditum satis clare:  
 Nostrarum opera manuum quid est adorare  
 (Quod sepe culpatū est) q̄ operibus ex nostris  
 Sperare iusticiam? Superbia est magna,  
 Simulq; cæcitas, uidere non uelle  
 Vitiositatem carnis, atq; nostrarum  
 Infirmitatem uirium. Satis legi  
 Si facere possemus, Dei q; placare  
 Irām, aq; culpis operibus probè absolui  
 Nostris, quid esset mortuus Dei gnatus?  
 Sic Paulus argumenta colligit, sola  
 Duntaxat ut monstret hominem fide absolui,  
 Non lege, uel meritis, operibus aut ullis.  
 Profert & Abrahāni fidem, patris nostri,  
 Qua placuit ille, atq; reputatus est iustus.  
 Hinc neminem certe operibus liquet solis  
 Coram Deo absolui. Quid ergo? an adiuncta  
 Fide? an sacramentis? Soletis & uultis  
 Fidei addere aliquid, perperam sed, & falso,  
 Ut munus haud qui intelligent Redemptoris.  
 Certissimum quippe est, fidem in Dei gnatum  
 Solam, negantem nos facere Deo acceptos,  
 Vitamq; reducere atq; soluere ànoxa,  
 Totius ignorare summa Scripturæ  
 Dogmata, statumq; : totus ut Papatus nunc  
 Insanit ac delirat, ob lucrum turpe.  
 Quod accipit promissionem, idem confert

## 254 De dissidijs comp.

Iusticiam, & absoluīt: opus accipit nullum;  
Nullum & sacramentum: fides sed una: ergo  
Ea sola iustificat. Benignitas Patris  
Offertur ultrò in filio: utrum eam quæso  
Amplēctitur fides, opus ne uel signum?  
Per charitatem proximis damus nostra,  
Atq; bene facimus, à Deo nihil uero  
Accipimus. Et nulla esse charit as erga  
Deum potest, nisi credita ante sit nobis  
Benignitas illius: ut ante iam simus  
Iusti, quam amemus. Charitasq; natura  
Fidem licet sequatur, ut patrem gnatus,  
Nec separari possit, atq; diuelli:  
Fides tamen prior est, ut ergo idem nunquam  
Operantur accipere ac dare, prius & uerē  
Ac posterius: ita charitati idem asscribi  
Nequit, quod est fidei. simulq; de nostra  
Salute surgeret hæsitatio iugis,  
Si non fide sola, sed operibus iunctim  
Essemus accepti Deo. Absoluta haud sunt  
Opera, renatorum quoq;, ut Deo per se  
Possent placere. Ceterum Dei dona  
Perfecta sunt: & obedientia ac facta  
Gnati ipsius per se placent, & æternū  
Accepta sunt. Illis proinde, non nostris,  
Fidere licet certò. Dein sacramenta  
Divina dona porrigit & obsignant,

Qy

Quæ sola percipit fides, & absq; illis  
 Prodest fides: sed sine fide illa non prosunt,  
 Sed potius obsunt. Vnde constat, haud signis  
 Nos effici iustos, fide sed una, que  
 Oblata dona recipit, ac Dei assentit  
 Promissionibus libenter & firmè.  
 Iusticia enim nostra est (ut ita loquar tandem)  
 Passiva, non activa. Dat Deus nobis  
 Gnatum suum, uitamq; pariter æternam,  
 Peccata condonat, renouat & absoluit:  
 Si recipimus, permittimusq; eum nobis  
 Bene facere, sumus iusti, & eius hæredes.

Hæc nōnne Apostoli docent, Prophetæq;  
 Constanter ac clare? Deinde tu dicas  
 Ecclesiam totam axioma damnare?  
 Quæ est illa? Christi ecclesia haud facit, uerūm.  
 Hallucinans Papistica tua, contemnens  
 Et dona, gratiamq; Patris, & semet  
 Seruare contendens, satisq; pro culpis  
 Facere, perenniterq; de sua iuste  
 Dubitans salute. Quidē quod ipse tu scribis  
 Dementiam esse, patiare sic satis CHRISTVM  
 Fecisse pro culpis, quotidie ipsi quas  
 Admittimus, præterea opus sit ut nobis  
 Nulla satis pro ijs factio? Sic audes  
 Apostolos, ecclesiastiq; CHRISTI omnes  
 Vocare dementes, quibus fuit nuncq; est

Iusticia

Iusticia solida, satisq; factio plena,

Mors sola C H R I S T I? quosq; sanguis eiusdem

I. Ioan. i. Liberat ab omni noxia, & sat emundat?

Illi opus non est, fuitq; pro culpis

Aliam ut requirerent redemptionem ullam,

Satisq; factionem: opus sed est uobis,

Turcuq; Iudaeisq; & omnibus qui non .

Intelligunt creduntq; se fide sola

In filium Dei, absolute & æternum

Remissionem consequi omnium errorum

Et noxarum. Age facite satis. At quando?

In Tartarum quando ibitis, gehennamq;.

Quod passus est Christus, reliquit exemplum

Vestigia eius ut sequamur: ut nempe

Nos offeramus in manum Dei, omnesq;

Afflictiones perferamus ob C H R I S T U M,

Non nostra propter crimina atq; delicta:

Quod cuius officium est sibi à Deo patre

Commissum & iniunctum: nec angelis ullis,

Nec competit mortalibus. Sed haec tecum

Quid frustra ago? et atem egeris qui in Aesopo,

Papisticisq; opinionibus solum

Sis iunctus, hæserisq; ad hanc senectutem.

Facile haud ferunt esse, uetulum canem loro

Assuescere. Lutherus (reuertar ut) uerè

Iuxtaq; Scripturam axioma conscripsit,

Sola fide nos effici coram Deo

Iustos,

Iustos. Jacobus commodè quit ac debet  
 Intelligi. Sin minus, epistolam præstat  
 Authoris incerti reicere, quām Mosen,  
 Paulumq; & alios insuper libros sacros  
 Mendacij arguere. Deinde quæ adducis,  
 Nil axioma mouent, minusq; subuertunt.  
 Dixi à renatis charitatem & integrum  
 Vitam requiri, non cō tamen, iusti  
 Ut censeantur apud Deum, prius quodiam  
 Sunt consecuti pér fidem: sed apprensam  
 Vi exerant fidem, probentq; se iustos,  
 Studeantq; gratiam referre non uerbis  
 Solum, sed & operibus bonis Redemptori:  
 Quò cæteri quoq; excitentur ad laudes  
 Dei canendas. Literæ has sacræ causas  
 Operū adserunt bonorum: ob has quoq; integrā  
 Vitam exigunt tantopere. Sepe nam torpent,  
 Cessantq; sancti quoq; moneri eos ergo est  
 Necesse, & hortari, quo alacrius pergent.  
 At Pontificis autoritatem, & illius  
 Decreta, Synodorumq; minuit & spreuuit,  
 Et literas modò prouocauit ad sacras,  
 Certissimum quod esse prædictas signum  
 Falsi prophetæ. Rem Lutherus hoc egit  
 Iustum & necessarium, & ab omnibus semper  
 Actam pijs. Tractus in arenam enim indoctis  
 Primum a Papistis, & tuentibys nugas,

## 258 De dissidijs comp.

Res ipsa postulabat, atq; suscep<sup>tum</sup>  
 CHRIST in egociū, ut Dei in domum inuect<sup>a</sup>  
 Peruersa dogmata, impias q; doctrinas  
 Magis indies ostenderet, quibus multis  
 Plebs fuerat irretita seculis, atq;  
 Seducta. Quum q; propter hoc Papæ, turpis  
 Cupidi lucri fremerent, tyrannidem q; ante  
 Falso occupatam niterentur aduersus  
 CHRISTVM tueri, authenticas q; Scripturæ,  
 Furarentq; simul & Episcopi ac Papistarum  
 Synagoga tota, horribilibus q; censuris,  
 Simulq; rem deuotionibus diris  
 Agerent, locum q; non relinquenter uero,  
 Synodorum & ipsum authoritate sedis q;  
 Papistice urgerent: coactus est tandem  
 Plerisq; synodis, patribus q;, sedi q;  
 Papisticæ male creditum arrogatum q;  
 Detrahere ius, authoritatem & immensam,  
 Solis q; sacris rem tuerier scriptis:  
 Diuina quibus auhoritas inest, longè

- Ioh. 5. Cunctis hominibus præferenda; quæ Christus,  
 Non Concilia, iussit, Patres uic scrutari:  
 Esa. 8. Ad quæ Propheta iussit ire querentes  
 Certam Dei sententiam, ac iubar lucis.  
 Non ergo, quod sacra prouocauit ad scriptas  
 Falsi prophetæ, sed sequentis authorem  
 Deum, atq; certa præfrentis incertis,

Signatur

Signum dedit. Quid? an suam hisce doctrinam  
 Non est satis tutatus, atq; conuicit,  
 Fidem hauriendam unius ex Dei uerbo?  
 Humana figura fuga fuga ceu pestem?  
 Hallucinatos esse saepius patres?  
 Concilia male statuisse saepe, & errasse?  
 Errare posse Papam, ac frequenter errasse?  
 Illis salutem nemo posuit ut tutò  
 Committere? haec ita comprobauit, euicit,  
 Valuerit ut nemo hactenus Sophistarum  
 Contrarium probare. Vos quidem multis  
 Successiones ordinemq; iactatis,  
 Locaq; cathedrasq; sed inaniter prorsus,  
 Contraq; ueritatem, & ipsa decreta  
 Vestra. hic & aures prominent tibi longæ,  
 Multis Papatum dum usq; tollis in cœlum,  
 Et consules fingis sacros, monarchasq;  
 Ecclesiæ, quibus deesse Diuinus  
 Non possit afflatus, licet scclisti sint,  
 Quiq; nihil errant iudicando, sed semper  
 Sententiam & iudicia proferant iusta.  
 Scribisq; recte iudicasse Caiapham  
 Damnando CHRISTVM, filium Dei quod se  
 Dixisset. Afinus stultiora quis posset  
 Adferre? Quis magis impia atq; blasphema  
 CHRISTI hostis euomeret? præire Romanus  
 Et imperare uult Episcopus, mundi

Di. 40. An-  
 te omnia  
 non loca.  
 Multi-

## 260 De dissidijs comp.

Episcopis totius, idq; diuino  
 Iure, suaq; decreta habere cœlestis  
 Oraculi uim: fertq; neutiquam sese  
 Errare posse, ac militantis (ut dicunt)  
 Ecclesiæ caput esse. Quæ Dei uerbo  
 Quū propalam aduersentur, ac patrum scriptis,  
 Synodisq; uerè pernegauit & iuste  
 Lutherus. An tu nenijs tuis istis  
 Stabilire posse te putas, homo insane?

Summum quidem tribunal inter Hebreos  
 Sanxit Deus, quo controuersiarum esset  
 Finis aliquis demum, liceret & nulli  
 Sententiam repudiare latam illic,  
 Vel prouocare ultrà, quemadmodum in regnis  
 Fit omnibus: ubi autem Deus sacerdotes  
 Vel iudices summi illius tribunalis  
 Errare ait non posse? pollicetur  
 Iudicia eorum iusta semper & uera  
 Futura? Siccine addis ad Dei uerbum?  
 Summum fore tribunal ait, adq; id extrellum  
 Causas iubet referre, stareq; illius  
 Sententia: non pollicetur autem illam  
 Iustum fore, aut ueram, idq; semper. Et prauis  
 Siquidem & iniquis illius tribunalis  
 Sententijs standum est, & exequendum quod  
 Iubent, bona si conscientia possit  
 Ficri, atq; sit ciuile, nec Dco aduersum.

Nam

Nimis sic Prophetæ obedientiam quondam  
Sanxere: post Apostoli quoq; et Paulus.  
Mosiūci hic est uerus loci illius sensus.  
Translatio te antiqua (uideo) decepit,  
Biblia nec inspexisti Hebræa, nec Greca,  
Vbi nulla mentio ueritatis existit  
Iudicij. Eam tamen repetis et inculcas  
Ad naufragium usq; uideris et triumphator  
Tibi quispiam esse gloriosus et magnus.  
Quid nūc probes, quū assumpseris palam falso?  
Hac diruta basi, ruisse non cernis  
Superimposita? Solius est Dei, nunquam  
Admittere errorem, atq; reb:is in nullis  
Hallucinari, decipiq; sed uerum  
Pronunciare semper atq; constanter.  
Non regibus, neq; pontificibus hoc ullis  
Datum est, supremo nec alicui tribunali:  
Promisit ut nulli Deus daturum se.  
Affectionibus homines aguntur agnatis,  
Et plurimarum in scitia laborant nunc  
Rerum, simulq; infirmitate prægrandi  
Carnis. bene ut diuinus occinat psaltes:  
Omnis homo mendax. Id docent et exempla  
Veterum recentiumq; iudicum, regum,  
Papisticiq; gregis. Opus quid illa autem  
Recitare, quum sint nota, paſſim et occurrante:  
At ſpiritum promisit ipſe Seruator

Deut. 17.

Apostolis. Et Episcopi atq; pastores

Habuere primitias, habentq; adhuc, inquis,

Quum loca sequatur ille, non iurum mores,

Errare iudicando neutquam ut possint.

Grammatice, cur te decipi finis sponte

Stolidis ab impostoribus, sophistis qz?

Cur ipse non scrutare litteras sacras?

Hec nata enim nunquam tuo ex cerebro sunt;

Addis sed ollis ueteribus nouas ansas.

No spiritum promisit aut dedit C H R I S T V<sup>3</sup>

Apostolis, Ecclesiae ue in hoc mundo,

Infirmitas ut tolleretur omnino

Carnis, & ab omni errore liberarentur,

Lapsuq; renouat quidem, animat, expurgat,

Dat & subinde is testimonium C H R I S T O,

Credentium in cordibus: at interim cunctos

Sinit homines esse. Usq; quaq; perfectos

Non reddit, ut remissione noxarum,

Si scinet & sua scilicet bene aduertunt,

Opus habeant, precentur adq; prescriptum:

Remitte nobis nostra debita. In Petro

Post spiritum acceptum repertus est lapsus

Non modicus. Acri Barnabā inter & Paulum

Contentio exarsit: sacerq; quos flatus

Coniunxerat, ea separauit. Et Greci

Murmur cident, quod negligantur ipsorum

Viduae. Quid alia plurima adferam exempla,

Perfectionem

Perfectionem à spiritu hic dari nullam  
 Quibus probem, nec episcopis, nec in Christum  
 Credentibus, quantumlibet Deo acceptis?  
 Mendaciter tu das locis, cathedrisq;  
 Hominumq; conditionibus, quod haud errent,  
 In religione maxime, ac fidem circa,  
 Iudicia quodq; iusta iudicent semper,  
 Sanctissimis quæ sunt negata personis.  
 Nec enim Deus promisit hæc, nec humana  
 Natura capere potest, palamq; diuersum  
 Exempla tradunt. Non locis cathedrisq;  
 Promissus est flatus, sed hominibus CHRISTVM  
 Amantibus. Nam mundus haud potest illum  
 Recipere; nec habitat ille subdito noxis  
 In corpore, ut Scriptura prædicat sacra.  
 Et tu scelestis ob locos cathedrasq;  
 Das spiritum sanctum, haud sinat qui eos labi,  
 Et iudicare perperam atq; peruersè  
 De rebus ullis? ilia tibi rumpantur  
 Licet, tuiq; similibus, tamen nunquam hoc  
 Probabitis. Nam quod semel prophetauit  
 Gnatii Dri hostis, impiusq; Caiaphas,  
 Id singulare est, nec potest in exemplum  
 Aut consequentiam trahi, quod aut ille  
 Alius uero pontifex mera elocutus sit,  
 Aut eloquatur uaticinia diuina.  
 Balaam quoq; prophetauit impius, sed non

Num. 24.

**264** De dissidijs comp.

Quod pontifex esset, locumque supremum in  
Ecclesia teneret. A' Deo abiectus

**i. Sam. 19.** Saul prophetauit, gregem ut Prophetarum  
Vidisset, haud ideo quod esset in summo  
Regni loco. Et per impios enim ac prauos  
Vt cunglibet agit Deus sua: haud ulli  
Obstrictus ordini, loco, atq; personae:  
Præter suos, quis spiritum bonum confert,  
Quemadmodum et promisit ipse Scrutator.

**Num. 22.** Asina prophetæ fertur ex Dei dono  
Semel locuta, gratia Prophetæ: num  
Bona consequentia esset, ut Prophetarum  
Asinæ omnium loquerentur ex Dei dono?  
Res fert aliquid, asinū equitet propheta, an rex,  
An quispiam mendicus. A' prophetanam  
Aut rege phaleris ac ephippijs plus, quam  
A' paupere, asinus ille posset ornari,  
Meliusq; pasci. Ac regis atq; mendici  
Asinus manet asinus, loquetur et nunquam  
Humana uerba, licet locuta sit quondam  
Balaami asina. Sic si impius scelestusq;  
Sedem occupet Petri, locumq; sanctorum.  
Potest quidem ornari pedo deaurato,  
Mitraq; bicipiti, atq; lautijs pasci:  
Sed ob cathedram ex impius plus nunquam  
Euadet, oracula loquetur et nunquam  
Mera, neq; semper iudicabit integrè:

Oraculum

Oraculum pronunciasse Caiphas  
 Licet feratur, pontifex quod anni esset  
 Illius. An non impij scelestiq;  
 Papæ, hisce quadraginta messib; turpes  
 Blasphemias, scelestæ dogmata & bullas  
 Diabolicas, consiliaq; impia immani  
 Exscrinio euomuere pectoris? Num quem  
 Latet, odio quanto flagrent Redemptoris,  
 Piaq; doctrinæ? Hosce tu ne contendes  
 Errare non posse, atq; perpetim uera  
 Iudicia iudicare? Cæteri quondam  
 Omnes ferè Papæ scelestæ quæ ac praua  
 Impiaq; statuerint, quid attinet dici?  
 Clamat id historiæ, indicant & ipsorum  
 Decreta, Decretaliumq; farrago.  
 Vera atq; recta illos uidere non posse,  
 Aut nolle, certius est, magisq; perspectum,  
 Errare quam non posse. Consules ergo  
 Ausfer tuos, qui consulatum honoremq;  
 Ex se occupant, & iussa principis spernunt  
 CHRISTI, abstrahuntq; ab obedientia ciues,  
 Tyrannidemq; immaniter grauem exercent:  
 Quales in orbe sustineret haud illus  
 Princeps, nec ipse sustinebit hos Christus  
 Papas tyrannos, impiosq; ductores,  
 Sed dissecabit in suo breui aduentu.  
 Nec in religione est opus monarcha, extra

r , CHRI-

C H R I S T V M, nec institutus ullus à C H R I S T O  
 Negare uerbo est satis, in anibus tantum cert.  
 Asserta uerbis, nec probata Scripturis,  
 Nam quas citasti, uel puer refutaret.  
 Tibi quot annos uis dari, probes donec  
 Petrum monarcham principemq; supremum  
 Fuisse Apostolorum, Episcoposq; uni  
 Subesse debere? Esse num satis censes,  
 Versus quod allegaris ex Homero, quis  
 Monarchia atq; principatus unius  
 Laudatur ab Ulysse? Acta scripta per Lucam  
 Nil tale monstrant, quod sibi Petrus quicquam  
 Super alios assumpserit potestatis.  
 At si dedisset C H R I S T V S, haud omisisset,  
 A ceterisq; collocatus in summam  
 Esset cathedram. De Petro atq; Ioanne,  
 Simul & Iacobo, ait in epistola Paulus  
 Quam scripsit ad Galatas suos: Videbantur  
 Illi columnæ esse. Hosce tres simul iungit,  
 Existimationis ac haberij inquit  
 Eiusdem; & inter hos locum attamen primum  
 Tribuit Iacobo, non Petro: sat ostendens  
 Ecclesiam sic iudicasse, non se ipsum.  
 Hierosolymis etiam Iacobus in coetu  
 Sententiam pronunciauit, haud Petrus.  
 C H R I S T V M ergo certū est nō dedisse primatū  
 Petro, nec ipsam Ecclesiā sibiq; illum

Non

Non arrogasse Petrum superbia mentis.  
 Audierat antè, displiceret ut CHRISTO  
 Contentio de principatu: ex ut longè  
 Abesse uellet regia à potestate,  
 Apostolosq; ipsos, episcoposq; omnes.  
 Maioribus donis Petrum atq; Ioannem,  
 Suumq; fratrem, & dignitate maiore  
 Dotarat Imperator unicus C H R I S T U S:  
 Ecclesie autem nec caput, columnæ nec  
 Præ ceteris fuere tres simul iuncti,  
 Nec inter hos Petrus eminebat ut princeps.  
 Ut demus autem, quod nequit probari unquam,  
 Petro potestatem datam, supremumq;  
 Ecclesie imperium: quid hoc ad illos, qui  
 Romæ tenent Episcopam, Petrus quam non  
 Tenuit, nec (ut rationibus potest firmis  
 Ostendier) Romanum petiuit aut uenit?

Breuiter, Papæ monarchia est opus Phocæ,  
 Et carnis inuentum, uel inferi regis,  
 Et Antichristi robur ac cathedra. Ut non  
 Abs re Lutherus eam negarit à C H R I S T O  
 Manasse, & eius improbauerit leges,  
 Et pestilentes impiasq; doctrinas  
 Patescerit, damnarit, abrogaritq;

Sunt & alia, quibus impetis grauasq; illum,  
 Quod nempe Sacramenta sustulit septem,  
 Triaq; duoue retinuit modo, à Christo

videlicet

Videlicet certò instituta: qui solus  
 Et nouit, atq; hanc obtinet potestatem,  
 Ut gratiae instituat sigilla diuinæ.  
 Deinde principes quod et magistratus  
 Induxit, ut fidei capesserent curam,  
 Animabus et tot perditis opem ferrent,  
 Sinceriore ac solidiore doctrina  
 Promota, ab aduersariisq; defensa,  
 Episcopis cessantibus, Papamq; ipsi  
 Nimis impie anterentibus Redemptori,  
 Piosq; toto persequentibus nisu.

Quid multa ad haec respondeam, quoniam abunde sit  
 Iam saepius responsum, et haec pie facta,  
 Et ordine? Hoc sane liquet, Lutherum hisce  
 Sænum haud fuisse lupum, nec esse dicendum:  
 Quod tu calumniator improbe intendis  
 Probare: et impudenter insuper scribis,  
 Hoc de Luthero credere atq; sentire  
 Quam maximum ad concordiam esse momentum,  
 Tollendaq; ad dissidia. An innocentem tu  
 Damnabis, et diuinitus virum electum  
 Ad indicanda scelera et impios ritus,  
 Fiduciamq; perditam Papistarum,  
 Ut interim ipsi pro libidine inuertant  
 Cuncta, populiq; obedientia ignari  
 Ad quæstum abutantur, latrocinenturq;?  
 Sic res quietas fore, satisq; compostas

Rebut-

Rebantur Ethnici, impijq; Iudei,  
 Si nemo bene loqueretur atq; sentiret  
 De filio Dei, quod impios cultus  
 Moresq; prauos arguisset, & lucem  
 Mundo intulisset ad fugam tenebrarum.

Non nos latet Gramatice, quid uelis: nempe  
 Patrocinari hircis, male haud modo impura  
 Olentibus uita, magis sed infandis  
 Opinionibus, impijsq; doctrinis,  
 Ut nomen aliquod premiumq; ueneris:  
 Non disidia quo nam queant modo tandem  
 Componi, ut hirci aliquando sanguinem nostrum  
 Sitire, persequiq; uera cessarent.  
 Cur non magis ouium quam olentium hircorum  
 Causam agis, & unici boniq; pastoris  
 CHRISTI? Lutherum non ad inferos certe  
 Laceres, nec igni tradere, uorandum, si  
 Pereuntium te ouium moueret indignus  
 Interitus, aut CHRISTI uilla tangeret cura.  
 Nunc foetidus ades foetidis, & illorum  
 In gratiam damnas Lutherum, & iniurium  
 Reddere laboras. Poenitet nec huius te  
 Temerarij iudicij, & improbe mentis:  
 Sed pergis impudentiam tuam & crassam  
 Inscitiam tueri, & indicare ultrà,  
 Nil credidisse dictitans Lutherum cum  
 Ecclesia catholica: Apostolorum & mox

Percurris

Percurris exponisq; symbolum affabré,  
 Planeq; diuinè, supraq; communem  
 Mortalium captum. Videlicet nullus  
 Haec tenus Apostolici affectus est sensum  
 Symboli adeò profundè, ut arbitrer raptum  
 In tertium te cœlum, ibi q; inaudita  
 Mysteria hæc didicisse. Sed simul miror,  
 Quomodo licuerit, uel potueris effari?  
 Licuisse certè illud sibi, negat Paulus.  
 At tu benignus es, simulq; confidens,  
 Inscitiamq; tuamscientiamq; orbi  
 Communicas libenter, ut nihil serues  
 Mysteriorum te penes. Sed imponis  
 Simplicibus interim tamen, Papatum quod  
 Ecclesiam subinde nominas falso  
 Catholicam. Apud doctos quidē est periclitū,  
 Ut sentiant idem esse: quum satis constet  
 Vel ex profanis legibus, fides quæ nam  
 Catholica nominanda sit. Nec obscurum est,  
 Inuexerit quæ pōst Papisticum regnum  
 Insana dogmata dæmonumq; doctrinas:  
 Ecclesia quas nesciere scriptores  
 Catholicī & antiqui, nec ex Dei uerbo  
 Haustas liquet. Proinde Catholicī aut illi  
 Nunquam facere, uel Papisticus cœtus  
 Catholicus haud est nominandus. At si ille  
 Catholicus est, (ut Athanasius scribit) qui

Qui trinitatem in unitate, rursumq;  
 In trinitate credit unitatem : cur  
 Scribis, Lutherum credidisse nil prorsus  
 Ecclesia cum catholica? Quis audiuit  
 Illum negasse symbola ulla primæue  
 Fidei, uniuersaliaq; quattuor patrum  
 Concilia? Quis fidelius fidem in Christum,  
 Et symbola exposuit, uel editis libris,  
 Vel uoce uiua, somno ut è diuturno  
 Expergefecerit Papisticos glires?  
 Et tu calumniator improbe ac uane,  
 Scribere haud uereris, credidisse nil illum  
 Ecclesia cum catholica? Palam sic 'ne  
 Te nil pudet mentiri? At hæc putas forsan  
 Catholica solum, in symbolo ipse quæ dudum  
 Serpente tanquam Lynceoue uidisti  
 Oculatior; quòd in Dcum patrem & gnatum  
 Credere, sit, ablato Dei ministros hinc  
 Credere deificatos & inuocandos? Quòd  
 In Spiritum credere sacrum, sit, excelsam hanc  
 Credere potestatem obtinere pastores  
 Ecclesiæ, articulos fidei uti, uel leges  
 Condant? Lutherus hæc ( fatemur ) haud uidit,  
 Nec credidit per symbolum sacrum tradi:  
 Ideóne cum catholica nihil prorsus  
 Ecclesia credidit? At hæc nec antiqui  
 Qui symbolum exposuere crediderunt, nec

Recen.

Recentiores de choro Papistarum

In symbolo uidere conuinciri: nec

Quisquam ausus est tam prauè, inepte & absurdè

Interpretari in filium fidem, ac patrem,

Et spiritum sanctum. Quid audeas non tu

In fabulis Aesopi et in profano ullo

Scriptore, qui contaminare perfida

Peruertereque; fronte ausus es fidem nostram?

Ergone Diuorum iuuocatio sanctæ

Contraria fidei, sacrisque scripturis,

Legesque; et articulos subinde condendi

Ius & potestas, continentur in sacro

Apostolorum symbolo: quis Aesopus

Hoc te docuit, o perditum atque delirum

Caput? Vnde tantum ingenij acumen es natus?

Sic explicas ne symbolum tuo in ludo?

O Embricensem perditam iuuentutem,

Hoc litteratore impio atque uesano.

Illi si, agere quos gratias tibi magnas

Fatere pro institutione, sic abs te

Didicere symbolum: profectò per pulchritudinem

Non Christianam, sed Papisticam hauserunt

Fidem, gehennam adire qua queunt rectam.

Contra Lutherus Christianam & expostam

Ab Apostolis fidem orthodoxe & integrę

Recepit, est amplexus, ac pia mente

Credidit & ipse, tradiditque; credendam

Alijs,

Alijs, salutem ut apiscerentur eternam.  
 Contraria autem respuit Papistarum  
 Dogmata, quibus totū repleuerant mundum.  
 Etiam ne eum non credidisse peccata  
 Scribis remitti? Sic ne pergis os durum  
 Aperta mentiri? Papisticas iure  
 Contempfit indulgentias, probauitq;  
 Nihil esse. Quin stationibusq; Romanis,  
 Meritisq; nostris, operibusq;, longinqua &  
 Ad loca peregrinationibus, nulla  
 Peccata deleri, aut remitti: in una sed  
 In filium Dei fide, pie ac recl<sup>e</sup>  
 Remissionem scripsit esse noxarum.  
 Non scripsit esse, crediditq; nullam: sed  
 Certam est secutus, & inueniri ubi possit  
 Ostendit, omnes ut Papisticas nugas  
 Deliriaq; relinquenter & odissent.  
 Si litteras te intelligere nego sacras,  
 Non pariter etiam intelligere nego Aesopum.  
 Ita male colligis: Lutherus in nostris  
 Operibus indulgentijsq; confictis  
 Negavit esse fidam remissionem: ergo  
 Non credit prorsus remittier noxas.  
 Sic credit, ut Apostoli reliquerunt  
 In symbolo, ut Prophetici docent libri:  
 Non perfidè (calumniator ut scribis)  
 Confinxit ipse, satius ut sit haud ullam

Omnino credere, traditam quā ab illo. Quin  
 Nulla alia poterit inueniri, haberiq;  
 Quā ea quā docuit. Huic (Petrus ait) Prophetæ  
 Dant testimonium, remissionem quod  
 Noxæ sit accepturus uno in illius  
 Nōmine, in eum quicunq; credit. Audis hoc?  
 An perfidam putas Apostoli uocem,  
 Os sycophanticum, nūnisq; blasphemum?  
 Peccatum originale adhaeret intinctis,  
 Dum mole corporis premuntur, ut semper  
 Caro repugnet flatui, bonum nec quod  
 Volunt patrent: non imputatur autem illis,  
 Sed propter apprensum remittitur Christum.  
 Nec in hoc Lutherus, quod sacrī sit aduersum  
 Scriptis docuit. At quo reliquit in libro  
 Scriptum, in renatis illud atq; tinctis hanc  
 Retinere vim, cœli ut animas ab ingressu  
 Remoretur, etiam si actuale nullum adsit  
 Peccatū? Age ostende. Haud recordor unquam  
 Legisse, tuq; mihi uidere finxisse.

Quid cæteras calumnias & infanda  
 Mendacia tua, interpretationemq;  
 Insulsam & impiam, simulq; blasphemam  
 Apostolorum symboli, Lutherum qua  
 Nil credidisse probas, refutem & ostendam?  
 Opus Iliade prolixius mihi cedendum  
 Forct, terendum pessime ac bonum tempus.

Huius

Huius iam opellæ poenitet profecto me:  
 Meliora erant quæ agerem, Papistico nec me  
 Stercore libenter polluo refutando:  
 Mirorq; te, ac quicunq; te subornarunt,  
 Post scripta multa & pacta tot, tot & mundo  
 Flagitia uestra, maximos & errores,  
 Post nenia hallucinationesq;  
 Meridiana luce clarius notas,  
 Nihil pudere, nec abstinere scribendi  
 Contraq; recta cupiditate pugnandi,  
 Rabicq; nos identidem laceffendi.  
 Quid efficitis enim aliud, indies peius  
 Quam stercus ut uestrum omnium impleat nare  
 Et excrecentur uos & ipsi amatores  
 Vestri? Sed impudentis hæc meretricis  
 Frons est. Sc. lesta perpetratis, & Christum  
 Contemnitis, seducitisq; constanter  
 Populum, iuuatq; uos ita omnibus notos  
 Esse, inq; notis sordibus uolutari:  
 In easdem & alios quosq; uultis attractos:  
 Perelegantem & tu tibi recepisti  
 Prouinciam, calumniando doctrinam,  
 Quam suspicere laudareq; haud satis posses,  
 In te foret si mica spiritus CHRISTI.  
 An quale delictum tuum sit ignoras,  
 Scienter oppugnare uera, falsoq;  
 Afferere, defendereq; ceterum hec frustra

## 276 De dissidijs comp.

Tibi dico, mancipio probo Papistarum,  
 Adeoq; Satanæ: mortuum Lutherum qui  
 Resodis, flagellas, lancinas, cremas tandem  
 Monitus q; ne temere ita iudicares de  
 Mortuo, Apologiam foetidam atq; blasphemam  
 Vomuisti. Et esse quid potest spei de te,  
 Damnare uera ut desinas, & odiſſe?

Sed ad librum redeo. Lupum, prophetamq;  
 Falsum, calumniator esse dixidi.  
 Lutherum: & hoc lemmatibus astruis falsis,  
 Ut indicauimus: potes'ne perferre,  
 Verum lupum monstremus ut uicissim, qui  
 Miseras oues Ecclesiæq; uastauit?

Christū esse pastorem bonū, atq; summū illum,  
 Scripsere de quo səpius sacri uates,  
 Non pernegas opinor. illius grex est  
 Ecclesiaq; peculiaris, ut solus  
 Eam redemit mortis à potestate,  
 Soluitq; delictis, patriq; cœlesti  
 Solidè reconciliauit. Ille ubi in cœlum  
 Ascendit, emisitq; spiritum sanctum,  
 Apostolos misit, deditq; pastores  
 Industrios, totoq; in orbe doctores,  
 Vti sibi colligerent oues, & ad uocem  
 Dederent suam, ac uicariam in terris  
 Operam locarent sibi, suoq; oues uerbo  
 Iohā.10.21. Iussisq; pascerent. Fuere laudandi,

Eph.4.  
 Matth.28.  
 Mar.16.

Qui

Qui sic oues paucere. Cæterum humanis  
 Pauere qui nugis, ouesq; traxerunt  
**A C H R I S T O**, adeoq; in sempiterna merserunt  
 Exitia, nonne sunt lupi uocandi? Nunc  
 Videamus, an Papa, an Lutherus hoc ipsum  
 Patrauerit. Christus iubet, suam auscultent  
 Ut uocem oues: contrarium Papa edicit,  
 Ad seq; trahit oues, abactor aut latro,  
 Suamq; uocem audire præcipit, sicq;  
 Nolint uelint redigit suam in potestatem.  
**Vbi** hoc Lutherus fecit? Ipse se primum  
 Recepit ad Christum, & sequi recusauit  
 Vocem peregrinam: dein libris scriptis,  
 Viuaq; uoce hortatus est oues, malent  
 Pastoris auscultare uerba cœlestis,  
 Quām somnia hominum, friuolasq; doctrinas.  
 Pertraxit ad se neminem, nec illexit:  
 Pascere studuit, haud imperare. Pastoris  
 Papa uoce contempta, tyrannidem haud solum  
 In clericos, episcoposq;, fratresq;  
 Arripuit, opprimitq; ceu lupus cunctos:  
 Sed & monarchas, principesq; regesq;  
 Conculcat, oppugnat, molestat, extinguit,  
 Urbes premit, populosq; uexat & regna,  
 Et Christiano gaudet sanguine effuso.  
 Nonne haec rapacis sunt lupi? Quod adferre  
 Facinus Lutheri simile potes? Age adferto,

Diag.

Cernamus ut lupum esse. Pastor æternus  
 Ad se uocat oves, credere ac sibi mandat,  
 Aeternam ut habeant uitam. Oves Papa auertit  
 A Christo, & in se credere iubet, inq; hircos.  
 Suosq; sacrificos: sibiq; adhaerenti,  
 Vitam scelestè pollicetur æternam.  
 Quid, quòd ea que speranda sunt ab illo uno,  
 Trastulit in indulgentias suas nequam,  
 In merita Diuorum atq; nostra, Missasq;  
 Ieiunia, preces, ordines, amictuq;  
 Aquamq; lustralem, salemq; sacratum,  
 Ceremonias, cantus, cruces, sacramenta,  
 In funebresq; nenia, sonantisq;  
 Pulsu eris, & sexcenta alias Quibus primum  
 Honore spoliat unicum Redemptorem,  
 Deinde oves seducit, atq; earum res  
 Prædatur atq; deuorat, animas tandem  
 Contradit Orco. Nonne sunt lupi hæc factæ  
 Contrarium fecit Lutherus. Auersas  
 A Christo oves opera Paparū, ad illum ipsum  
 Reducere studuit, fidemq; monstrauit  
 Veram, salutiferamq; de Prophetarum ac  
 Apostolorum fontibus, tenebrasq;  
 Papisticas remouit atq; detexit:  
 CHRISTI meritaq; & passionis effectum  
 Ostendit, omnemq; esse in uno co uitam.  
 Quonomen illustrauit illus recte,

Quibusq;

Oribusq; consuluit, inani er ne res  
 Profundarent, animasq; perderent unda.  
 Non gloriam ullus commodumq; pastoris  
 Quærere solet lupus, ouium' ue uitam. Non  
 Lutherus igitur est lupus: sed horrenda  
 Sedes Paparum, viribus qui id accurant  
 Summis, ut obscuretur atq; tollatur  
 Fiducia in C H R I S T U M , suoq; priuetur  
 Nomine & honore is merito, ovesq; mactetur.

Vel hoc modo considera. Videns Christum  
 Baptista dixit: Agnus ecce, qui mundi  
 Peccata tollit. At Papæ suas nobis  
 Bullas, aliaq; multa ludicra ostendunt,  
 Clamantq; pharmacū ecce pro omnib. noxis,  
 Venite & emite gratiam, polum, uitam.  
 Si Papa lupus non est, sacrum esse Ioannem  
 Oportet, haud de maximis enim rebus  
 Dicunt idem. Alterutrum necesse mentiri.  
 Credo profectò. (ut impudens tuum os noui)  
 Citius fatereris lupum esse Ioannem, ac  
 Errare mentiriq;, quam Papam. Verum  
 Autoritas sit ulla forte Ioannis  
 Mouet, uiroq; parcis omnibus sacro:  
 Cur tu Lutherum eadem subinde dicentem  
 Quæ dixit ille, nominas lupum? Velles  
 ( Scio.) de Papa dixisset, Ecce qui tollit  
 Peccata mundi; tum forct tibi summus

Catholicus. At quia de unico Redemptore  
 Dicitum esse legit, ouibus illum & ostendit;  
 Aliudq; nomen non datum esse sub sole  
 Hominibus, in quo consequantur æternam  
 Vitam, docuit, ut etiam Apostoli quondam:  
**Lupus tibi est, o impium atq; blasphemum**  
**Caput, Lupus uerè est Papa, Antichristusq;**,  
**Qui Christi honores tollit, inq; se transfert.**  
**Quim & docentes esse certam in uno illo**  
**Vitam ac salutem, odit, trucidat, exurit:**  
**In eadem & hirci gnauiter tui incumbunt.**

De poculo bibere iubebat in cœna  
 Magister omnes, & Corinthijs Paulus  
 Sic tradidit. Papa sapientior multo,  
 Laicis ademit poculum, & modis multis  
 Contaminauit, inquinauit, euertit  
 Sacrum institutum: nundinationesq;  
 Spectaculumq; ludicum & lucrum summum  
 Ex illo adinuenit. Fauentis hoc Christo est,  
 Salutem & ouium promouentis è cœna?  
 An non magis lupi improbi, rapacisq;  
 Contrà Lutherus instituta Pastoris  
 Reueritus, & commoda ouium atq; doctrinam  
 Spectans salutiferam, suumq; nil querens,  
 Sacrilegè ademptū poculum sacrā in cœnam  
 Retulit, eamq; à sordibus repurgauit,  
 Quantum potuit. Hæc facta non lupi possunt

Dicit,

Dici, ministri sed fidelis ac ueri.

Non persequi libet omnia, è quibus clarè  
 Monstrarier posse, Papam suis cum hircis  
 Lupum esse truculentissimum, Antichristumq;:  
 Quod tu sceloste criminator & uane  
 Nunquam probabis de Lutherio. Eum sed tu  
 Damnasse non contentus es, sed arrodis  
 Et Brentium. Is quoq; lupus est tibi, & mendax.  
 Is diaboli utitur arte, decipitq; astu  
 Rudium animos, dolisq; principum irrepit  
 Mentibus; is est miser, à lupoq; seductus:  
 Is scetida uersatur in hara porcus.  
 Quis sycophanta plura diceret mendax?  
 Quæ uerè in hircos & papas queunt dici,  
 Perspicue & harent in Papistica turba,  
 De Brentio dixisse, cuius est frontis?  
 Quid Brentius bis quindecim amplius messes  
 Ecclesijs Christi docendo, librosq;  
 Scribendo profuerit: lupos q; vastantes  
 Christi gregem quam diligenter ac uerè  
 Ostenderit, represserit q;: quam multis  
 Laboribus quæsicerit unius Christi  
 Gloriam & honorem: simul oues & errantes,  
 Et à scelestis perditas lupis recta  
 Reducere studuerit ad illius caulas:  
 Quam sobrie deniq; pieq; iusteq;,  
 Hucusq; uixerit, quid indicem, multis

Notissimum quum sic Papistarum & nullius  
 Talibus eum elogijs notarit, ex corde  
 Tu qualia euocuisti amarulento? Ut nee  
 Lutherus est lupus, quemadmodum ostendit;  
 Ita neq; Brentius, eadem docens quæ ille,  
 Tendensq; cōdem, gloria ut Redemptoris  
 Floreat & amplificetur, utq; oves CHRISTI  
 Tuis ab hircis liberentur, & rasis  
 Lupis, domos uiduarum opesq; totius  
 Mundi uorantibus precum atq; iciuni  
 Prætextu, & olidis impijsq; doctrinis.

Quid est tibi mentitus edito in libro?  
 Imò ipse negligens fuisti & ignarus:  
 Ac præ tuo Aesopo, in manu tibi forsitan  
 Qui solus est, Ecclesiastica haud lecta est  
 Abs te historia Socratis. Adhuc reor multa  
 Te neutquam legisse: si quis ergo illa  
 Recitet, an actutum dolosus & mendax  
 Abs te audiet? Sed arrogantia ingenti  
 Extare nulla scripta credidisti, quæ haud  
 Euolueris, perlegeris, uorarisq;  
 Meliusq; teneas cuncta quam tuum nomen.  
 Quod inde constat, litterator, ausis quod  
 Tumido ore sacris iudicare de rebus,  
 Et esse patronus Papistici regni,  
 Post tot sophistas atq; buccinatores.

An de Luthero, an Brentio deinceps scribis:

lāmne

Iamne est ferendum, ut unus aliquis ignotus  
 Hactenus homo, & cætera? Vter est homo igno-  
 Vter bona re comprobatus haud ulla? (tus?  
 Magnis recens enormibusq; delictis  
 Vter rogo innotescit? horum uter demum  
 Audacia flagrat, libidinisq; æstro  
 Est percitus conuiciandi? Age ostende  
 Manifestius. Quid dicta sic tua inuoluiss?  
 Si de Luthero scribis, antea illius  
 Sic uita defensa est, simulq; doctrina,  
 Te propalam ignoret uti nemo mentiri.  
 Latuisset ille usq;, & fuisset ignotus,  
 Si maxima impudentia P.:pistarum  
 Siuisset indulgentijs (ut appellant)  
 In prædicandis, frigidisq; scribendis  
 Libris. Coactus est resistere insanæ  
 Papæ cupidini, impiæq; doctrinæ,  
 Clariſſimam pariterq; progredi in lucem. At  
 Quis te coe git scribere? ac tui ludi  
 Exire latebras? Tibi licebat æternum  
 Latere, & ignoto esse. Nam quis extraxit?  
 Quis provocauit? quæ necessitas ursit?  
 Quis tibi molestus unico fuit uerbo?  
 Theologiæ neq; tu operam dedisti unquam,  
 Succurreres tetro ut Papistico regno.  
 Theologus at fuit Lutherus, (ut constat,  
 Fatentur & inimici) adesse quapropter

Oportuit

Oportuit eum glorie Redemptoris,  
Et impias exterminare doctrinas.

Si Priscianum quispiam atq; Donatum  
Lacerasset, atq; fabulas tui Aesopi,  
Tum debuisses progredi, atq; Io magna  
Clamare uoce. Nunc tuum (ut ferunt) extra  
Salias chorum, antè ignotus, æquè ut ignarus.  
Et tu Lutherum carpis, antè ut ignotum?  
Clarum profectò nomen inter is doctos  
Habuit & antè, quam Papæ ad refellendam  
Accessit æruscationem, & aduersus  
Christū instituta dogmata improbanda. Id quod  
De audacia obijcis, & iniquum & absurdum est.  
Cur causa enim in bona haud fuisse ille audax,  
In pessima uos quum adeò sitis audaces?  
Flagitia uestra patent, patent & errores,  
Vestra quoq; cæcitas & impium pectus  
Cantatur à pueris, fabrisq; uicatim:  
Mulierculæ norunt, & opificum turbat,  
Papa duce à uera fide quam aberrarint.  
Audacia uos attamen tyrannorum  
Comprimitis ora prædicantium & rectam  
Monstrantium uiam ad salutis æternæ  
Portum, sceleraq; palliatis effrontes  
Vestra, manifestos & tuemini errores,  
Non ueritate, sed potentia freti.  
Cur non sit audax ueritatis assertor,

Et Apo-

Et Apostolorum fultus ac Prophetarum  
 Scriptis? Lupos aduersum oportet audaces  
 Emittere audacem canem. Quòd inuectus  
 In episcopos est, foetidos tuos hircos,  
 Papasq; fortasse acrius quam oportebat,  
 Necessitate, non libidine adductus  
 Conuiciandi fecit, ut suprà dictum.

Decreta Synodorum sacris repugnant si  
 Scriptis, & impediunt fidem, uel extingunt,  
 Partae ue libertatis auferunt iura,  
 Omnino conuellenda sunt. Et hæc sola  
 Conuulsit ille, non fidem aut honestatem,  
 Aut ordinem si promouent quæ laudandum.

Censorem & orbis totius se eo iure  
 Constituit, omnis quo institutus est CHRISTI  
 Señator, inter ueram uti fidem & falsum  
 Discernat, & duce spiritu atq; scripturis,  
 Probet hoc, reprobet illud. Quæadmodū Paulus,  
 Omnia probate, quod bonū est tenete, inquit:  
 Et iudicare cuncta dicit illum, qui  
 Flatu Dei donatus est. Ioannes:  
 Probate spiritus, ait, profecti num  
 Sint à Deo. Sic quisq; totius censor  
 Est orbis. Et cur non Lutherus esset, qui  
 Maiore sicut spiritus fuit dono  
 Præditus, & est uersatus in sacris libris  
 Ardentius quam multi, ita aptius quinuit

1 Theff. 5.  
 1 Cor. 2.  
 1 Iohan. 4.

Censere

Censere de toto Papistico regno,  
 De Brentio uero sin ista scripsisti,  
 Eadem tibi responsa sunt, ne frustra  
 Calamum teram. Sed hoc agamus. Audisti  
 Quis sit lupus: Papa nempe, noꝝ Lutherus, nec  
 Brentius. An excusabis, inferorum te  
 Sentire de principe, lupumq; dixisse  
 Illum? Calumnia maior hæc, & adiuncta  
 Blasphemiae est, Sathanam probis & integris  
 Vsum uiris ad gloriam Redemptoris  
 In orbe promouendam, & impias regni  
 Papistici nugas redarguendas. Non  
 Studet ille CHRIS T O, gloriam nec illius  
 Prouchere conatur: sed impedit summis  
 Viribus, & artibus quibus potest cunq;  
 Nomenq; noticiamq; tollit illius,  
 Et opprimit: ut apud est uidere Iudeos,  
 Turcasq; in ipso quoq; Papistico regno.  
 Commenta nec Papistica odit, ut uellet  
 Sublata, que damni suis nihil rebus  
 Possunt dare. Haud Papam metuit, idem secum  
 Agentem, ut extinguitur omne quod Christum  
 Spirat & amat. Christum metuit & exhorret,  
 Ut qui caput sibi conterat, potestatemq;  
 In filios Dei auferat fide uera.  
 Est spiritus hoc munus ac opus sancti,  
 Ut CHRIS TI honores gloriamq; nomenq;

Amplia

Amplificet, exornet, requirat, illustret:  
 Cecumq; adeò constanter arguat mundum  
 Obnoxiam, fiduciam quòd haud omnem  
 In eum locet. Quod & alias & hoc aeo  
 Per & Lutherum Brentiumq;, multosq;  
 Fecit alios: tūne Satanæ esse contendis?  
 O' impium hominem, perditeq; blasphemum.  
 Pharisaicus furor est, tribuere diuini  
 Quæ spiritus sunt, principi tenebrarum:  
 Conuicium neq; hoc remitti, ait CHRISTVS.  
 Age poenitentiam calumniator. Ne  
 Odio Lutheri conspuas Deum ipsum, neu  
 In gratiam mortalium Papistarum  
 Contra Deū immortalem et os tuum impurum  
 Exerceas, linguamq; silubet forsitan  
 Monstrarre, declamator elegans quam sis,  
 Hypothesin aliam quære: Siq; mentiri  
 Conuiciariq; iuuat, esto contentus  
 Hominibus. Ad rem redeo. Declupo utcunq;  
 Sentis, uides te pessimè atq; peruersè  
 Sentire. Paucis ad duas libri partes  
 Respondimus tui, quòd improbe nempe  
 Mendaciterq; Brentium Lutherumq;  
 Lupum esse dicas, artibusq; peruersis  
 Dolisq; peruertisse Principum mentes  
 Plebisq; contendas, idemq; nos omnis  
 Curare. Superest terria atq; postrema,

Felicem sese credat, ualdeq; beatum,  
 Hærescos unà cum his, propterq; ista notatus  
 Crimine? Non mirum, tu Christum ac uera perosus,  
 Quòd nos odisti pariter, nostrosq; libellos:  
 Qui Christum ornamus scriptis, ac uera docemus.  
 Fucatamq; tibi personam detrahimus, nec  
 Moribus hisce caput te cœtus esse redempti  
 Afferimus, sanum aut Christi de corpore membrū,  
 Quantouis etiam titulo te ac nomine iactes,  
 Immensam nec auariciam, fraudesq; dolosq;  
 Nec pompas fastumq; tuum uitamq; probamus.

Si dici hæc scribiq; doles, tu falsa uideri  
 Effice: non prohibendo libros, uocesq; docentum:  
 Verum tollendo quicquid Christoq; piaq;  
 Vite aduersatur. Manifestos corrige abusus:  
 Definito obniti uero, falsumq; tueri:  
 Tunc agnoscemus pastorem te esse fidelem:  
 Tunc acceptus eris nobis, & amaberis ultrò,  
 Laudibus et summis meritum tollemus ad astra.  
 Sin uero non ( ut nec spes ) curaueris ista,  
 Frustra nitēris libros ac scripta uetando,  
 Oprimere insurgens per regna ac oppida uerunt.

Credo equidem, ingenti tactus ueroq; dolore  
 Irrueres in nos ipsos, igniç; libenter  
 Corpora nostra dares, quoniam uero ista facultas  
 Non datur, admittunt tantum nec fata furorem,  
 Irruis in libros, interdicisq; cremasq;

Ut lapidem iactum mordet canis improba, quando  
Non potis est rabido iacentem lēdere dente.  
Sed tu ridiculam planè stultamq; facis rem,  
Iumentoq; malum ipse tuo membrisq; tibiq;  
Accersis, prohibendo libros, ac scripta cremando.  
Nitimus in uetitum semper, cupimusq; negamus:  
Ille ait, exemplis doctus, genioq; magistro.  
Tūne uales sumpta naturam expellere furca?  
Quando insectaris tanto, prohibesq; tumultu  
Nostra, ac fulminibus furis, edictoq; minaci,  
Pures nostra legent, quam legere hactenus unquā,  
Erroresq; tui toto noscentur in orbe:  
Hinc sectatores modò fautoresq; supremi  
Concipient odium contra te, teq; relinquunt,  
Nulloq; aduersos poteris retinere capistro.  
Rectius ergo foret nullo interdicere libro:  
Nam studia accedit nostra interdictio tantum,  
Extinguit nunq; ut nec naphtha oleumq; caminū.  
Condemnata uolent prudentes noscere cuncti:  
Siq; hic non prostant, possunt aliunde parari.  
Nec primis etiam res hic uenisset ab annis,  
Ni tu latratu sœuo factisq; cruentis  
(Qualibus et nunc das operam, addictæq; cateruæ)  
Somnum excussisses pigris captisq; ueterno,  
Ut prospectarent, & quid tibi Cerbere uelles  
Tanta ira, tantoq; odio, tantoq; tumultu,  
Propositos quanquam rerum uitæq; periclis,

Perceps-

Siq; potest nunquam mergi tua deniq; puppis,  
 Ut iactare solent atq; affirmare Sophistæ,  
 Fautoresq; tui: quid tanto quæso tumultu  
 Est opus? Aduersos uentos fluctusq; tumentes  
 Quid metuis? Nemo poterit subuertere uerum,  
 Summiq; æternum consistent iussa Tonantis,  
 Nec quisquam recta ac diuino consona uerbo  
 Infringet, longum securè ut stertere possis,  
 Nostrosq; insultus & cunctos spernere libros,  
 Contineant ut qui ueri firmiqt; nihil, sed  
 Absurdas nugas, cæci ac deliria cordis.  
 (Nam sic infamas nostra, ac traducis in orbe.)

Nos commenta tua, ac uaniissima scripta tuoru,  
 Plenaq; conuicijs, haud interdicimus ulli.  
 Prostant publicitus, finimus uendiqt; legiqt;  
 Quippe haud doctrinæ nostræ causæq; timemus,  
 Nec formidamus preclaræ examina lucis.  
 Falsa etenim probat ac retinet mendacia nemo,  
 Abiectus nisi, & æternum trudendus in ignem.  
 Quilibet integræ mentis, nec stultus & amens,  
 A falsis facile nouit discernere uera:  
 Sibilaq; agnoscunt agni uocemq; magistri.  
 O Sol atq; dies, dona acceptissima sanis,  
 Quam uos non fugiunt scriptis factisq; probati?  
 Quam contrà fugiunt fures, omnesq; scelesti?  
 Nos ferimus tua, tu nostra autem Cerbere non fers.  
 Quid causæ? Odisti lucem, non odimus ipsi.  
Consci-

Conscius ipse tibi es falsi, fraudisq; doliq;  
 Prædas egisti magnas, uiuisq; docesq;  
 Cœlestis contra uerbum ac exempla magistri,  
 Imperiumq; potes nullo defendere iure.  
 Ergo metu plenus, pereat ne rapta potestas,  
 Nœve tibi haud liceat putres diuendere nugas,  
 Viuereq; ad corrupti exemplum Sardanapali,  
 Concilia haud solum concedis libera nunquam,  
 Libera uerum etiam Christumq; sonantia damnas  
 Scripta, tuisq; adimis, prohibes uendiq; legiq;  
 Scriptoresq; pios odio proscribis acerbo,  
 Hereseosq; notas. Tibi sic odiosa, tuisq;  
 Lux est. Sic ægrè fers, clarum emergere Solem,  
 Ut magis atq; magis suspecta tua omnia pergas  
 Reddere, conceptumq; palam testere timorem. (de

Quid? quod Typographos etiā, qui nostra subiit  
 Scripta euulgarunt, odio insectaris amaro,  
 Ut libros illorum omnes, idiomate quovis  
 Sint scripti, quacunq; in doctrinâue uel arte,  
 Condemnes, ac des manifesti signa timoris?  
 Sed quid proficies? Metuis furiose pruinam,  
 Opprimet at mox ( crede mihi ) densissima nix te,  
 O' rabies, ingensq; furor, rerumq; piarum  
 Pernicies, modò concedant tibi Cerbere fata.  
 Tu ne audes propter nostros insane libellos,  
 Scriptores damnare omnes, atq; edita ab illis  
 Scripta magistrorum, nihil officientia regno

Proscriptissē tuo? Quām tu regnare tenebras  
 Antiquas malles, quām quicquam lucis obortum?  
 Quām tu barbariem crassam per regna, per urbes,  
 Seruatam malles: linguas quām, artesq; politas,  
 Cura prolatas tandem studioq; bonorum  
 Artificum? Ut serpens incantatoris abhorret  
 Carmina, & apprensus nodos hinc necit & illinc.  
 Ut sese eripiat, sua tuteturq; uenena:  
 Sic tu dire Draco tentas nunc omnia magno  
 Consilio, tuaq; haud usquam molimina cessant.  
 Namq; tuum petitur caput, auferturq; uenenum.  
 Sed frustra te sic torques, & in omnia uertis,  
 Ut Proteus quidam totus mediusq; teneris:  
 Et diuina tuos, non nostra, potentia stringit  
 Artus, atq; sui flatu te conficit oris.

Quid tibi uis aut? Quónam placare queunt te  
 Pacto? Num uis sola ut Decretalia cudent  
 Quinq; ac Sextum edant, miras Extraq; uagantes  
 Cum Clementinis, ac germine Decretorum,  
 Atq; sophistarum ueterum farragine tota?  
 Num quoq; uis Emseri, Alphonsiq; atque Casani,  
 Siluestri, Fabri, Latomi, Roffensis & Eccij,  
 Atque Stanislai nuper noti, atq; Cochlaei,  
 Coniuratorumq; aliorum scripta tuorum  
 Ut sola excudant? Video te uelle. Proinde  
 Typographi confessim alios seponite libros,  
 Tergeminumq; canem stolidis placate libellis:

**N**e uos deuoueat, diris contradat & Orco:

**N**eue fame uos excruciet, perdatq; rebelles.

**Q**uid respondetis? **Q**uae nam sententia cordi est?

Complures habet Ausonia tota, inter & ipsos  
Germanos Gallosq; infauste Cerberus aulae,

**Q**ui scripta excudant sua, prægnantesq; suorum  
Nugas: nos operam Christo nauabimus omnem,

Artibus atque bonis, linguis, studijsq; piorum:

Quantumvis latret tenebroso immanis in antro,

Fata uiam inuenient: piaq; & studiosa iuuentus

Non minus excusos à nobis queret emetq;;

Libros, freta Deo, studiorumq; auspice Christo.

Istane Typographi uestra est sententia? Macili

Hac uirtute animoq; uiri. Sic pergit prosum,

Latratu ne uos furioso Cerberus unquam

Terreat, ut non Christo ac uero præla ministrent

Vestra, omnisq; bonis studijs industria sudet.

Emolumenta dabit Rex regum & conditor orbis,

Cuius res agitur: Monachis rasaq; caterua

Frustra reclamante, omnem & promente furorem.

Namq; Euangelium palme pro more uirentis

Ponderibus cedit nullis, contraq; resistit

Tartareas portas, sursumq; ascendere gaudet,

Latius & semper fortes extendere ramos.

Quo magis ergo furit Romanæ Cerberus urbis,

Et uos nobiscum bullis traducit ineptis:

Hoc magis iniuisum reddit se seq; suosq;

294 Th. Naogeorgi  
Et cupient paſſim libros euoluere ueſtros  
Hi quoq; qui uos antehac uix de nomine norant.  
Nam quis parēret furioso, irāq; tumenti?  
Sperneret & quis non rabiosi anathemata cordis?  
Nam quid iudicio factum, aut ratione modoq;  
Sano? quid ueterum exemplo? quid deniq; iure?  
Nos ſepe obtulimus rationem reddere uelle  
Doctrinæ noſtræ, fideiqt; ac dogmata scriptis  
Noſtra probare ſacris, inde aut meliora doceri:  
Per multosq; annos afflicti orauimus uſq;  
Libero in audiri Doctorumq; atq; piorum  
Concilio. Sed quid profecimus æqua rogando?  
Non sumus auditi. Præſedit Cerberus ipſe,  
Ac præiudicijs nos condenauit iniquis:  
Et clausit fremitu ac terroribus ora ſuorum,  
Ne quis liberius de relligione fideiqt;  
Cenferet, crassosue ullos damnaret abuſus.  
Optima inauditos ratio proſcribere uifa eſt,  
Nondumq; hæreſeos conuictos fulmine sterni:  
Quod g̃es nulla (ſcio) faceret, nec Turca probaret,  
Communi tantum ſenſu ac ratione docente.  
Nec ſatis eſt noſtros uifum interdicere libros:  
Verum ob eos, ueſtrāq; operam, ſtudiūq; benignū,  
Cuncta ſemel reicit ueſtris uenientia prælis,  
Ethnica ſint quamuis purē, trahentq; profana,  
Nomine uti ueſtro quæ ſint ſuſpecta ueneni.  
Hec nonne eſt rabies mira, atq; iſania præcepſ?

Sic interdicit ueterum monimenta parentum,  
 Historias, artes, medicinas, iurisq; Regum,  
 Et claros sophiae libros, uatumq; bonorum,  
 Et quicquid ueteres Græci ac scripsere Latini.  
 Quippe dabit nobis Romanis omnia prælis,  
 Atq; ita in imposito retinebit cuncta capistro,  
 Scilicet. Inquirit sanè hoc more undiq; prædas:  
 Et quod uos alibi ac Germanis tollitis oris,  
 Id iam conatur Vaticanis condere cistis.

Præterea signum lymphati nonne furoris,  
 Quòd mentis tristi uertigine motus ut Ajax,  
 Non solum hæreticos, uerum et proscribit amicos,  
 Propugnatoresq; suos: nam Roterodamus,  
 Volfius, Hartungus, Cognatusq; atq; Doletus,  
 Zasius, et Gebilerus, et Henricus Glareanus,  
 Tum Pyrcheymerus quoq; Renanusq; Beatus,  
 Compluresq; alij, rabidus quos continet Index,  
 Haud scio quando, quibusq; libris uulgata Lutheri  
 Dogmata sint amplexi, oppugnarintq; Papatum.  
 Sed quis tam stolidus, notos ut laudet abusus:  
 Sacrificumq; probet uitam, questusq; scelestos:  
 Atq; impostorum Monachorum facta statumq;:  
 Ergo hæc aduersus nulli mussare licebit?  
 Catholicus nequit esse ergo, qui dixerit ullum  
 Liberius uerbum? Hæc nonne est violenta tyrannis?  
 Hanc ut promoueat pañim, teneatq; potenter  
 Cerberus, insulso Monachos prefecit ubijs,

Inquirant ut in hæreticos, suspectaq; damnent.  
 Qui sicut nequam sunt, osoresq; Tonantis,  
 Non possunt ita non etiam rectissima quæq;  
 Damnare hærescos, suspectaq; reddere uera.  
 Hos quoq; futores huius reor Indicis esse,  
 Sicut & antè alios simili texere furore.  
Quos si decreta cunctos extingueret hora  
 Cerberus, ut Templi dominos extinxit ad unum,  
 Consuleret melius longè fideiq; sibiq;  
 Nam quis ferre uolet prudens uel ruris arator,  
 Cuncta ut per Monachos rursum prorsumq; feran-  
 Omnia & illorum tractetur uita fidesq; (tur  
 Arbitrio? uexentq; pios per regna proterue?

Quare Typographi, quum magni signa furoris,  
 Indice protulerit: quum sic quoq; laedat amicos,  
 Fautoresq; suos, studijsq; atque artibus atrox  
 Indicat bellum, Monachorum ope fretus inertis:  
 Oppendent omnes, parebit nemo furenti,  
 Vestraq; uendetis maiore uolumina lucro.

Ipse equidem miror, cur tanta in luce per omnes  
 Effusa gentes, perficitam ostendere frontem  
 Audeat, atque uelit cordato illudere mundo?  
 Biblia condemnat studio curaç; sagaci  
 In uarijs excusa locis pulcherrime, & ipsam  
 Ad ueri normam & prima exemplaria quæq;  
 In quibus ipse nihil poscit reprehendere Momus.  
 Tu noua Testamēta quoque (ut uocitare solemus)

Actaç;

Actaq; conuentus procerum Imperij edita, necnon  
 Germanae gentis conscripta Grauamina centum.  
 Atq; libros damnat sacros cum lege nefanda  
 Turcarum, nugis et Talmudicis Verparum,  
 Obscenisq; iocis, quæ scripsit Poggius olim,  
 Ac Samosatensis Peregrini morte, alijsq;  
 Turpibus ac magicis emissis undiq; libris,  
 Et cum Serueti labe ac Anabaptistarum.  
 Si cunctos homines asinos fungosq; putaret,  
 Normamq; indoctis uellet præscribere porcis,  
 Quid nam aliud faceret? Si coram ostendere mūdo  
 Christi ingens ueriq; odium, rerumq; suarum  
 Præcipitem uellet citò procurare ruinam,  
 Quid Romana aliud nobis depromeret aula?

Sic ne putat, se se rictu latrante trifauci,  
 In rabiem acturum populos, Regesq; Ducesq;  
 Et doctos, magnus quorum prouentus ubiq; est,  
 Tot mitra insignes, Comitesq; uirosq; potentes,  
 Qui uarios coemere libros, ac bibliothecas  
 Instruxere bonas, thesaurum ad commoda secli  
 Post nos uenturi, ut cuncta illa uolumina perdant,  
 Iacturam sumptus faciant, multumq; probatos  
 Scriptores damnent, quos impressere notati?  
 Omnis planè homines stultos putat, atq; paratos  
 Ut confestim se ad fāndā atq; infāndā sequantur:  
 Quād dolēant ipsum tanta innotescere mundo  
 Fautores rabie, ac Monachis commissa nefandis

Omnia, confirmant modò defendantq; Papatum.  
Quānam inimici re possent consurgere plures?  
Quo pacto ueteres magis absterreret amicos?

Perge ita, ex extremos conatus Cerbere profer:  
In cunctorum hominūq; odium te coniice, ne quid  
Abs te concilijsq; tuis sperare modestum  
Aut sanum possint. Posset ferre, omnia scribi,  
Publicitusq; edi, prava, obsecōna, impia, falsa:  
Tu modò pace tua solita quæstuq; fruaris,  
Et tua non ulli scriptores ulcera tangant.  
Es tener ac sanctus nempe, haud tangendus ab ullo.  
Millia multa licet ducas ad Tartara tecum.  
Omnibus ista patent. Quid tu prætendis inepte,  
Catholicæ zelum fidei, rerumq; piarum?  
Zelus auaricie est, luxusq; ac iuris iniqui.  
Quod magis usq; probis declaras hisce libellis:  
Quales o plures edas utinam, adq; propinquum  
Tenet promoueas casum, ac noscaris ab omni.

Poggiius haud quicquā tibi, nec Boccatius unquā  
Displicuit, ioca nec tibi displicuere Bebelij,  
Nec tradenda tui flammis commenta Casani.  
Hactenus: at monitus nunc, illos teq; tuosq;  
Risiſſe interdum, tua nec decreta probasse  
Omnia, nec ritus adeò, nec facta dolosq;  
Nec maiestati satis, aut seruisse decoro,  
Ilorum dannas libros, prohibesq; teneri.  
Non adeò stupidi sumus, ut tu Cerbere reris;

Sentimus,

Sentimus, tua te solum, ac curare tuorum:

**Q**uid Christo fiat, populisq; haud pendere flocci.

Nunc te Concilium moliri audimus. Eo sed

**Q**uid tibi opus? Frustra reges gentesq; fatigas,

Immensoq; cupis patres concurrere sumptu,

Atq; annis uerum falsumq; inquirere multis:

**Q**uem posis parua cunctis praescribere bulla,

Quid tolerare uelis scribi uulgò atq; doceri,

Rebus et expediat scelere, astu, uiq; paratis:

**S**iq; ageris reus errorum uitaeq; profanæ,

Ora accusantum solo quum claudere nutu

Possis, ac cunctas ferro praecidere lites:

Parebunt reges cupide, populiq; sequentur

**S**cilicet. Hoc sperare audes insane, tuum quum

Nomen et imperium spernant populusq; patresq;?

Atq; tui nolint tantum perferre furorem,

Ac rabidis bullis sece præbere ministros,

Vt si mandasses charos iugulare parentes?

At uos Imperij proceres, qui sana secuti

Dogmata, diligitis Christum, uitamq; popelli

Atq; ministrorum ad summi praescripta magistri

Formatis, nondum scitis quid Cerberus astu

Conciliij paret? An nondum præclara Tridenti

Acta patent, canonesq; noui ad firmanda Papatus

Dogmata confetti? Sua concilio ille coacto

Quæret, non Christi. Nullos damnabit abusus,

Nec falsæ tollet doctrinæ monstra, nec ullos

Corrigat

Corriget insanos ritus, fidei<sup>q;</sup> nocentes:  
 Nec uitam ipse suam, quæstum, luxumq; superbum  
 Vnquam emendabit, nec facta scelestæ suorum:  
 Sed stabilire magis patrum uolet omnia uoce.  
 Libera nec cuiquam concedet uerba profari:  
 Sed dictata sui urgebit decreta Senatus.  
 Tale ad Concilium legatos mittere uultis?  
 Mittite. Mittetis frustra. Nemo audiet æqua  
 Scripturisq; probata sacris & iusta petentes.  
 Iam præiudicio condemnati estis aperto:  
 Doctrinæ damnata etiam est Confessio uestræ:  
 Quin & doctores uestri, uerbiq; ministri,  
 Cum sacris libris, sunt diro anathemate cœsi.  
 Nunc ad Concilium uos ille accedere tantum  
 Causam uellet ob hanc, ut quos damnauit apud se,  
 Publica damnaret quoq; per suffragia Patrum.  
 Vsibus ergo alijs tam magnos parcite sumptus,  
 Atq; Deo uestram soli committite causam.  
 Hostis ne arbitrio uos permitteatis acerbis

P R I N I S.

1559. 20. Iunij.

EXPO-

**EXPOSTVLATI O MVSARVM DE  
libris à Papa prohibitis : ad D. Ioan.**

Oporinum , N. Galloti

Carmen.

**P**roscriptos breuiter referet tibi Musa libellos.  
Est locus Europæ medijs in finibus, olim  
Pastorum positam dicunt de nomine Romam.  
Hic fuit, exacto primorum nomine Regum,  
Induperatorum sedes per secula quinq;  
Quem quoq; propulsis, immanni corpore monstrū,  
Iamq; Syracusio dictum de nomine Papæ,  
Emanat: siue hunc putidus produxerit aer,  
Seu naturæ aliò forsitan diuerterit ordo  
Tum, seu fatali potius cacodæmone Pluto  
Conceptum mundo sociū sibi fecerit antè: (mo dici,  
Monstrū horrendū hominis ( quanquā nō uult ho-  
Sed Deus in terris ) cuius blasphemia terram  
Impleuit scelerum, & fœdauit sanguine cœlum.  
Hic iste est, uates de quo dixerunt priores:

*Apoc. 13.*

Bellua in agnina nascens ceruice bicornis,  
Et terra insurgens, serpentinaq; nephandum  
Voce serens, longè simulato errore, uenenum.  
Dira lues, paßim quā conuomit æthera fœdans,  
Et ueteri uehemens regno conquerere honores,  
Et ueteres urgere deos celebrarier urbis:  
( Bestia quæ prima est ) cœloq; educere fulmen  
In genus humanum, in reges, stirpemq; regentum.

Ful-

Fulminis acre genus, quo non atrocius ullum  
 Seu petere humanos, seu uos agitare Camœne.  
 Dira inimicarum funestaq; uota minarum  
 Vndiq; lethali uolitantia puluere circum,  
 Ah nostris ne sit tantillum audire furorem.  
 Ausus & hoc nuper tentare sacraria diuum  
 Hic stolidè est amens, longamq; mouere quietem  
 Musarum, libros cum flamma abolere cupisset,  
 Quod solæ auderent (longa est iniuria) uerum  
 Dicere, et ipsius falsos aperire colores.  
 Sed quāquam tonuit frustrà ( nam quid furor in te  
 O' Deus iste potest, uilis monstri atq; nephandi,  
 In mundi authorem uerbo nutuq; potentem?)  
 Sæuijt: ac matris Musarum auditæ Mineruæ  
 Vox cœlo est, pœnas sæuo super hoste petentis.  
 Astitit huic ueneranda cohors, uultuq; resedit  
 Composito coram, patremq; ita uoce prosata est:

M V S A.

O' pater omnipotēs, pater optime, conditor orbis,  
 Qui nostra æterno numine uota regis:  
 Si licet, et dignum est (quæcunq; oratio nunc fit)  
 Da pater affari quæ pia causa iubet.  
 Sit, quæso, tantum nostros audire labores,  
 Et quibus opprimimur nos releuare malis.  
 Septimus hic mensis, quū totu excludimur orbe, est,  
 Et nusquam tuto iam licet esse loco.  
 Impia Pontificum (nasti) huc nos usq; tyrannis  
 Plus.

Plus serè nongentis messibus insequitur.  
 Sed noua nunc rabies: inscriptos nomina Christi,  
 Proclamant uetitos longa registr'a libros.  
 Thesauros animæ solos, et sola salutis  
 Scrinia iam medijs ignibus exposita.  
 Omnibus edictum est, audenti pœna parata:  
 Fit uis, et nulli iam licet esse pio.  
 Heu pietas: ah gens diris deuota patronis:  
 Gens, Deus ô, uerbi tota inimica tui.  
 Quid dicam? repetā hic quām sint atrocia cœpta,  
 Et quām dedecorent te, et tua iura, Deus?  
 Principio humanos cūm post elementa creasses,  
 Afflatos proprio numinis ingenio:  
 Expressas simul et Musas è mente superna  
 His dederas, moniti nuncia certa tui.  
 Has dederas, quibus et populos tua iussa docerent,  
 Et meritæ hinc laudis præmia digna feras?  
 (Nam quis te celebrare queat, non auspice Musæ  
 Aut quis laudato carmine facta canat?)  
 Nec uero ante quidem nullo discrimine, tanta  
 Sed quibus innotuit gratia, dona dabas  
 Credo equidem rerum statuens ostendere cauſas,  
 Non ex æquo omnes omnibus esse rat'as.  
 Vidimus hæc ibi, dum prima illa Ecclesia patrum  
 Te duce lætata est, te duce firma stetit:  
 Cum sacra discendo penderet ab ore parentis  
 Iussa puer, dederat que modò Musa patri.

Sic Adam memini, reliquosq; Abraamq; Noamq;  
 Patres, agnatos instituisse suos:  
 Sic, ubi progressæ breuiasses tempora uitæ,  
 Iam tua tum typicis dicta notasse notis.  
 Scilicet hoc pacto confusæ incommoda linguae,  
 Venturiq; leuans temporis inficitiam.  
 Vidimus hæc inquam: Musas, hominumq; Dei q;  
 Solas sub cœlo uiuere delicias.  
 At postquam rerum cœpit mutarier ordo,  
 Et partes primas inferiora sequi:  
 Tum miserè affligi castæ cœpere Camœnæ,  
 Nomen et in paucis uix retinere locis.  
 Tum quoq; Pontificum cœpit regnare tyrannis,  
 Et subito exorsus Cerberus inde triceps:  
 Quo duce, quanta tui (miserium) ignorantia uerbi,  
 Quamq; Euangelij cæca rubigo fuit?  
 Heu pater, ô unquam redeant in secula mores  
 Talia, nec talis sit meminisse diei.  
 Ter sic trecentos regnatum fermè per annos,  
 Et pepulit Musas impia barbaries.  
 Vidisti (pater) hæc, ut longa silentia nobis,  
 Atq; artes longo tum iacuere situ.  
 Et nos postremò miseras miseratus, inermes,  
 Iussisti antiquas huc remeare domos.  
 Tum quoq; quò nomen longè lateq; pateret,  
 Iunxisti organicis ænea præla typis.  
 Ænea præla simul Musis prodire dedisti,

Augment.

*Augmentum regno non mediocre tuo.*

*Cumq; uelut rediuiua cohors Germana teneret*

*Littora, & augeri pergeret inde fides:*

*Ecce furens rursus, Italo tibi fulmen ab austro*

*Huc ceu uentosi turbiniis unda ruit.*

*Insequitur nomenq; tuum, Musasq; canentes,*

*Et furit indomitus per tua regna canis.*

*Eed Deus ô noster (namq; hæc tibi summa querelæ*

*His petimus dextra des medicamen ope. est)*

*Intentum scriptura tuum est, æternaq; ueri*

*Vltima ad ætatum tempora testis erit.*

*Credidimus ( nec uana fides ) te uincere uerbo,*

*Et uerbo cessit, uidimus ecce, furor.*

*Non fuit impune Antiocho mandasse fauillis*

*Biblia, at immerito decidit imperio.*

*Non atheo Capanei uox impia, non Oileo est*

*Irrita: namq; atheistum poena secuta scelus.*

*Nec minus Eliæ centum crepitantibus iras*

*Hostibus incassus cœlitus ignis iſt.*

*Et nostris igitur, pater ô, dignare periclis,*

*Arcere à sacris tela inimica choris.*

*Nos tua progenies, nostri, te dante, manebunt.*

*Cultores, uincet te duce nostra cohors.*

*Hei mihi, libertas uerbi quando illa futura est,*

*Quum liceat Domini dicere facta palam;*

*En erit ille dies unquam, cum uinitor agro,*

*Mercator Christum liber in urbe canet?*

*En erit ut liceat cantando sacra docere,*

*Atq; tuis pueros legibus imbuere?*

*Sed mihi non ueniat de te dubitare Creator,*

*Quod dixisti olim, spes ita firma fore est.*

*Spes aliquando fore est, ad tristia tartara mittas*

*Ipse lupum, & liceat pascere ubiq; gregem,*

*Sperarant sancti, superis uirtute recepta*

*Seffurum, euersa te Babylone, thronis.*

*Apc. 14.*

*At nunc quanta, Deus, cernis, uiolentia seruos,*

*Quanta iniusticia & quanta tyrannis agat?*

*An potuit quicquam fieri te indignius unquam,*

*Dicentes Christum quam prohibere libross?*

*Quorum credidimus divini muneris artem,*

*Illiis caufsa nominis esse datam:*

*Idcirco Moſenq; tuum, ueteresq; prophetas,*

*Tum tua dictantis uerba notasse libris.*

*Argumenta quidem nobis certissima fati,*

*Christicolam in coetu nos fore perpetuas.*

*Pascua namq; animae libri: quoq; ipsa ministri*

*Vox nequit, huc missus fert alimenta liber.*

*Libri noster amor, Musarum habitacula libri:*

*Libri namq; omnis fons & origo boni.*

*Ergo qui uitam his, uernis quoq; floribus annunt:*

*Aestatem spoliet messe, pruina hyemem.*

*Sublatis libris, sublata scientia & omnis*

*Ars: qua etiam ablata, notio nulla Dei est.*

*Hac uero nulla, fidei cognitio nulla:*

*Vnde*

Vnde igitur iustus uiuere quæso potest?  
 Quām fuit hoc satius, factō discrimine, sacros,  
 Humanis uictitis, quosq; iubere legi?  
 Testamenta duo primū, quibus omnia constant  
 Præcepta, & mores, ueraq; relligio:  
 Scripta Petri & Pauli, quorumq; probata uicissim  
 His exponendis rite locata opera est.  
 Reliquias autem, quæ nil nisi mania fundunt  
 Verba procul nostro fonte ualere dare.  
 Verbi certa fides populo sic constet ubiq;  
 Et nostros colerent pignora nostra choros.  
 Nunc uero hæ flammis misere, quia uera fatentur,  
 Ibunt, & uanis fiet ubiq; locus?  
 Ab ne sic, pater, ô ne sic, spes unica uitæ,  
 Ne fiat, gnatis da tua regna tuis.  
 Respice nostrorum, pater ô precor, alme salutem,  
 Certa quibus nostro pendet ab ore fides.  
 Respice uenturos aliquot post secula natos,  
 Ne ignaros fidei perpetuò esse sinas.  
 Aut si hominū hoc imbellē genus nō respicis, at nos  
 Hostili innocuas eripe Christe manu.

## Conclusio.

Hæc dixit ueneranda parens: tum numen adorant  
 Musæ omnes, humiliq; pares oracula gestu  
 Expectant. Deus at primū solatus amicè,  
 Intrepidas iubet ire deas, operamq; locare  
 In uerbum Domini: cœlum, mare, deniq; regna

Consolationis  
argumentum.

Condita principiò uerè credentibus: & nunc  
 Esse etiam illorum nihilominus, ac fuit olim  
 Abraami Chanaä, quū habitarēt hanc quoq; multi  
 Immanes idololatræ: quos ipse diebus  
 Impletis scelerū, Deus omnes perdidit. haud nunc  
 Esse aliter: siquidem per uim regnare tyrānos,  
 Ipsum scire: & quam credentibus ipse pararat,  
 Iam libertatem tolli. certum tamen esse  
 Hanc seruare suis, sceleris dum tempora pleni  
 Adsunt, cum magni caput atteret Antichristi.

F I N E S.

1559.

SVDAR.

SVDARNOCVS SVREN-  
segus.

**I**Neptus olim & conscius pictor sibi,  
 Galli figuram uenditurus alitis,  
 Puerum iubebat, forte gallinaceus  
 Ne uiuus ullus ales eò procederet,  
 Cauere. Idem hodie nonne facit ter maximus  
 Pictor: licere qui sibi putat omnia,  
 Quaecunq; pingit, atq; comminiscitur:  
 Quaecunq; fingit, atq; mentitur: iubet  
 Illis haberi simpliciter ab omnibus  
 Fidem. & quia nuper improbari coepérant  
 Commenta, que obtrudit misericordia mortalibus:  
 Nunc ueritatem è finibus iussit suis  
 Faceſſere, exulare, cum omnibus bonis  
 Sanctisq; libris: in quibus ueri alites,  
 Ad ætherem aliis euolantes limpidum,  
 Testantur alta uoce cœlestem Dei  
 Instare lucem filium per unicum:  
 Ad hanc, relictis & tenebris, se præparent,  
 Surgantq; mortales, monent grauissimè.

LEO, A QVILA ET DELPHINVS, PO-  
tentissimi animalium Reges, Papæ Romano  
exitium, ut precantur, ita de-  
nunciant.

CONRADVS GESNERVS Animalium  
omne genus, nomina naturasque, libris  
suis ( quos ueluti hymnos optimi, maxi-  
mi reru Opificis, in suis tam uarijs & pul-  
cherrimis operibus laudandis, posterita-  
ti relinquere cupiebat ) quantumcunq;  
ingenio, doctrina & studio consequi po-  
tuit, illustrauit. Quo nomine nos etiam  
ei nonnihil debere fatemur. Hos libros  
cum te, Pompifex & Aposcope Romane,  
temerè, nullaq; ratione, sicut & alios in-  
umeros doctoru hominum partus, dam-  
nasse, fama ad nos, Psittacis ( qui hæc Ro-  
mæ primùm audierant) referentibus, di-  
manasset: illico ut & honori nostro con-  
suleremus, & tuam in Gesneru in primis,  
( utpote clientem nostrum, qui historias  
& res gestas nostras omnes, multis iam  
annis summa fide & diligentia in literas  
refert: ) deinde etiā alios quam plurimos,  
de omnibus sacris profanisq; literis be-  
ne meritos scriptores, impictatē ulcisce-  
remur:

remur: omnia & singula regnorum nostrorum animalia, uolucria, terrestria & aquatilia (actutū missis à Leone Dromadibus Camelis & Tigridibus, ab Aquila Ocyptoris, à Delphino tromonibus) conuocauimus. In his comitijs consultatū: & mox, nullo contradicente (præter noctuas, striges, ululas, uespertiliones, hyænas, lupos nocturnos, talpas, hamerocœtas, cecilias, araneos mures, & alia paucanocturna inauspicataq; animalia) decretū arq; sanctū est, id quod nunc audies, & breui experiēris.

Quandoquidem communis hic noster & omnium bonorum, & Conditoris etiam nostri inimicus ac hostis, in omnē Mundum imperium sibi falsò usurpat: neque enim in terram tātūm, sed inferos quoque & superos, fines suos extendit: uolumus, milites nostros Antipapas per omnes Mundi partes distribui. Apud inferos igitur, (quōd citissimē abiturum ipsum speramus, & supplicaturum Plutoni) Cerberus triceps, similiter ut ipse trimitus est, cum Furijs infernalibus & uulture Tityi, aduētum eius auidē expe&ctato. neque enim maiorē illic opus erit

militum numero, à nobis mitendo: cum  
dæmonū legiones suppetias Cerbero la-  
turæ sint, si res postulet, innumeræ. In  
terra, Canum, Luporum, Tigridum, Pan-  
therarum, Vrforum, Aprorum, singulæ le-  
giones cohortibus distributæ, partim a-  
perto Marte, partim succenturiatæ insi-  
dijs, in procinctu sunto. In mari, Lamia-  
rum, Tursionum, Canicularum, Vitulo-  
rum, Physeterum, singulæ myriades cir-  
cumnanto, & suus cuiq; centuriæ Triton  
buccinator adesto. In aere centuriata  
Coruorū agmina triginta millia, Vultu-  
rum uero octoginta millia, & duplicatus  
Nisorū numerus uolanto. Neq; in aere  
tantū hæ alites ( si fortè à nocturnis, quæ  
hosti fauēt, auib. illuc eueheretur ) ipsum  
inuadūto: sed etiam terra mariq; Quadru-  
pedum ac Piscium exercitum, modis om-  
nibus iuuanto, & cōmunem hostem lo-  
cis ac temporibus omnibus infestanto.  
Leo, summus totius exercitus imperator  
est: ac, si opus fuerit ( ingens enim Pom-  
pificem exercitus, aut potius turba seque-  
tur) copias p̄ arbitrio augeto. Custodes e-  
tiā nocturnos, Anseres, præserim feros, et  
Grues, quotquot uoluerit, adlegito. Sic  
omnes

omnes Mūdi partes aduersus ipsum munierimus. nam in cœlum quidem, ipsum minimè peruenturum, non magis quam Luciferū semel deieatum, cuius in ipsum anima migrauit, certò scimus: cū ne nunc quidem de terra Solis aspectum ferre posset. Itaq; non euadet, quin aut uiuus aut mortuus ( quanquam & nunc semimortuū & cadauerosum hominē esse aiunt ) nobis, aut inferis, animo & corpore pœnas det.

Hoc te per fœcialem hanc epistolam  
scire uoluimus. Male ualeas,  
& pereas: Amen.

## K A T A P A.

Ἄστειον οὐ μέγας διὰ Χειρὸν απέλετε μεῖψα,  
Ἄστειον Αυτίχειρος νῦν απέλειτο μόρῳ.

CATALOGVS LIBRORVM, AV-  
reum Babylonis calicem referentiū, peruersamq;  
doctrinam ac speciosa mundi uenena aureo ac di-  
uino recta sermone continentū: à quibus tanquā  
à phariseorum fermento, Chri-  
stianis cauendum est.

**Q**vi flores legitis sacraiores,  
Et decerpitis hinc apes Matine  
Mella dulcia, queritisq; semper  
Quod sanctum studium queat iuuare  
Vestrum: Tartareos lupos cauete,  
Serpentes, Furiasq;, Cerberosq;,  
Humana specie foris nitentes,  
Intus spurciij, dolis, rapinis  
Plenos. Sunt uarijs referta libris  
Pellicis Babyloniae uenena:  
Quæ ne decipiant pios, cauete.  
Incautæ coluber manum puellæ,  
Dum flores legit, inuidus momordit.  
Decretum fugite, & librum inde dictum:  
Inuisum miserè ruina Romæ  
Sit Sextum, Extrauagantes, atq; Glossæ:  
Clementina simulq; Gratianus,  
Quo ingratum nihil est magis in orbe.  
Vos ne decipiant nimis Sophiæ  
Vano nomine Scotice tenebrae,  
Studendum est, fugiatur ille Aquinas,  
Qui nil præter aquam dabit bibendam:  
Arnoldusq; simul bonus magister,

Pingui munere dignus, atq; thure:  
 Sed foedis quoq; dignior cloacis.  
 In mare & brevia hinc procul faceſſant,  
 Quāt̄quot ſunt Breuiaria, atq; inaneſ  
 Manium tumulis preceſ dicatæ.  
 Horas uirginis (ut uocant) Mariæ,  
 Suſpetcas habeant pij & fideles.  
 Miſſale, & Graduale ſunt timenda  
 Sono nomina: reſ magis timenda.  
 Qui cquid Gregorius, Leo, Calixtus,  
 Sylvester, reliqui & Papæ ſuperbi,  
 Cum pingui & rubea ſua cohorte  
 Decreuerē, Dei repugnat almis  
 Præceptis. Superis magis parendum.  
 Bernardus, Benedictus, atq; inepti  
 Ignauum Monachi pecus, uoraxq;  
 Hinc eum barbarie ſua, impiaq;  
 Doctrina procul ad cruces recedant,  
 Sorbonæ tumidos caue magistroſ,  
 Queis non ſorbitio placet cicuta,  
 Qua ſimus periit magiſter olim:  
 Sed uini ueterisq; Maſſiciq;  
 Ingentes phialæ, cadiq; pleni.  
 Subtileſ fugias Louaniensēs,  
 Te & Bononia qui ſuis fatigant  
 Nugis, iſcritia, ſophiſmatumq;  
 Inuiſis laqueis. Referre cunctos,  
 Sed nimis foret arduum atq; magnum,

Romanæ meretricis hic ministros.

**Q**uid multis opus est? Lupos rapaces,

Dicuntur uario colore Fratres,

Quos uulgi Monachos solet uocare,

Hos albo, ueneto superbientes

Illos, mox alios nigro cucullo,

Tu, cui sana placet Dei potentis

Doctrina, ô cane peius, angue peius

Exosus fugias. Genus malignum.

Ex imis Erebi nolauit ad nos

**Q**uondam faucibus: & sui parentis

Augere imperium, potentiamq;

Multorum interitu studet piorum.

Et gregis Pharisaii uenena,

Fermentumq; uetus cauete cauti,

Qui flores legitim sacratiores.

IN CATALOGVM AVTORVM, ET

librorum, quos Paulus IIII Papa pro hæreticis

& damnatis passim proscribi uo-

Iuit, *autore sic auctor.*

**O**Economū laudat Christus, cui Ecclēsia curat

Quiq; laboranti fercula lauta parat. (est)

Fercula lauta, Dei patribus quæ Spiritus olim

Protulit, atq; pijs ritè secare iubet.

**Q**uid Papa? quæ nobis Scripturæ fercula monstrat.

Reiçcit (proh scelus) & dira uenena uocat.

Insuper obtrudit letalia pharmaca nobis:

Pharmaco

Pharmaca ab immundis hei male mixta cocis:  
 Ficta supersticio, et quos Purgatorius ignis  
     Nutrit, et infastos tetra Cuculla tegit.  
 At uos qui sapitis, propriæ queis cura salutis.  
     Linquite crudeles, tartareaq; dapes.  
 Linquite funestas mensas, et quicquid ubiq;  
     Pontificis seu dira culina struit.  
 Impia auarorum ualeant decreta Paparum,  
     Bullarum ualeat nomen inane procul.  
 Missale et Graduale, Scotum, Breuiaria, Thomam,  
     Arnoldum, soricis nomina digna, suge.  
 Et quicquid Monachi, monstra infelicia, scribunt,  
     Sacrificum quicquid parturit uncta cohors.  
 Queq; Theatini uanissima somnia singunt,  
     Ex imis Erebi somnia nata locis.  
 Deniq; Pontificis quicquid redolere popinam  
     Videris, huic mortis tela subesse puta.  
 Assiduis sacros studijs euoluito libros,  
     Qui soli uitæ dogmata uera sonant.  
 Hi CHRISTI mensam sternunt, Christumq; salu-  
     Authorem, column præsidiumq; docent. (tit  
 Ille cibus miseris, potusq; salutifer unus,  
     Vnus et æternæ dona salutis habet.  
 Illius ergo libros quotquot mysteria tradunt,  
     Pontifices damnant, et perisse uolunt:  
 Mundus ut infelix non possit dira cauere  
     Toxica, quæ ipsorum composuere coci.

R. G.

## IN CATALOGVM PAVLI QVARTI

Pont. Romani, quo orthodoxe religionis  
authores omnes proscriptit.

**C**reta Ioui sacros quondam reddebat honores,  
Orbe etenim toto numinis instar erat.  
At iam Roma sibi totius uendicat orbis  
Numen, & in manes arrogat imperium.  
Papa cui nomen, gemmis uestitus & auro,  
Turritum annexit cui diadema caput:  
Hexaphoro uehitur tanquam Deus: et (dolor) ipsos  
Vult pedibus Reges oscula ferre suis.  
Proscriptit toto sacrata uolumina mundo,  
Euomit impura fauce anathema suum.  
At tua nosse cupis quid sint anathemata nobis?  
Non secus ac puluis, quem leuis aura rapit.  
Num iuuat insanias cacodæmonis, oro, querelas  
Audire, & summi spernere iussa Dei?  
Vos ergo procul hinc concedite turba malorum,  
O' uos sacrificum perniciofa cohors:  
O' monachi, quorum uenter Deus atq; faburra est:  
Tuq; Theatinus, gens malesana, chorus:  
Et quos Musa uetat describere, Franciscani,  
Ac quotquot sua dant nomina Pontifici.  
Impia falsorum concedat turba deorum,  
Totus ut à Christo flagitet orbis opem.  
Quisquis aues Christi suaves haurire liquores,  
Hand tua Pontificum subijce colla iugo.

**I N P R O S C R I P T I O N E M T Y.**  
 pographorum, per Romanum Alastora  
 editam anno 1559. Ioannis  
 Oporini auctoratis  
 diae pax.

**O**Mnia q[uo]di uarijs uicibus sors lubrica uersat,  
 Fixaq[ue]; nec stabili res manet ulla loco.  
**R**oma fuit quondam longe pulcherrima rerum,  
 Arx Sophiae, doctis perfugiumq[ue]; uiris:  
**V**nde rigabantur Latiae docta ora loquela  
 Haustu, quâ mundi celsa theatra patent.  
**A**t nunc h[ec] eadem uibrat (miserabile dicitur)  
 Atrox in Musas tela cruenta sacras.  
**E**t dignum ut facinus conceptis perpetret iris,  
 Pegaseasq[ue]; fera clade cruentet aquas,  
**E**dicio Italiae per fines cauit abeno,  
 Cui iungit socios dirum anathema gradus:  
**N**e, quos Pontificis censura reiccerit, ausit  
 Queis emere, aut licito iure parare libros.  
**I**psos quin quoq[ue]; chalcographos proscriptis, & i-  
 Sub Phlegethoneas fulmine misit aquas. (eos  
**R**eligionis enim prima h[ec] fundamina cladis,  
 Et sophiae, Latius Iuppiter esse putat:  
**V**nde suam latè proferre tyrannida fudit  
 Se posse, & sceptris cuncta domare suis.  
**O**Muse, Latium nobis placate tonantem  
 (Si non ad uoces surduit ille pius)

Nires

Ni res è fundo uestras perijisse uelitis,  
 Et sub Romano Teuthonas esse loue.  
 Hoc faciunt mitræ, rubriq; cruore galeri,  
 Haec sunt Ausonijs fortia facta patris.

S V P P L I C A T I O   C O L L E G I I  
 sacrorum Scortorum Romanorum ad sum-  
 mum Pontificem, pro Cardinali  
 Carapha exule.

O' Romane Deus, nostri gregis optime custos,  
 Quemq; pedo solum protegis usq; tuo:  
 Si tibi quid, domui ue tuæ, domui ue tuorum  
 Dulce fuit nostrum, quæso repende uicem.  
 Sis ouium dulcis precibus, mitisq; tuarum,  
 Pastoris placidi nomen habere uelis.  
 Casta placent diuis: castarum uirginum & ista,  
 O' Romane Deus, uota precesq; puta.  
 Nam à te sacratis solis consuecimus. ecquid?  
 Sacrati possint contemerare uiri?  
 Nuc quoq; quæ uolumus tibi uerba precatio cunctæ  
 Dicere, pro sacro sunt ea uerba uiro.  
 Quin etiam ingratæ quò uitet crimina mentis,  
 Iste tibi noster supplicat ecce chorus.  
 Nam tuus ille nepos, nuper tua sola uoluptas,  
 Pro nobis supplex sepe Carapha fuit.  
 Et quasdam eripuit poenæ, tibi quando probauit  
 Non Rome esse scelus, quod scelus est alibi.  
 Is quod

Is quod amatus erat, quod erat tibi honorib. auctus,

Nostra itidem est uisus dignus amicitia.

Intimus ille fuit nobis, cuique intima nostra

Credere non ueritae nocte dieque sumus.

Sed te, sancte pater ( si fas est uera fateri )

Expertus minus est nos in amore leues.

Nanque fauimus ei, semperque manemus amicæ:

At tu inimicus ei es, nuper amicus eras.

Nuper amicus eras, oculisque sinuque Carapha

Ferri te dignus iudice solus erat.

Ac sua ei uirtus hunc conciliarat amorem,

Vt tua facta quidem ( parce negare ) probant.

Nanque humeris eius te Roma imponere pondus

Sedis Apostolicæ uidit, et obstupuit.

Dum tantum gestaret onus, dormire solebas,

Ac in utraque aurem stertere, Sancte pater.

Teque ut Atlanta graui nimium sub mole gementem,

Alter ut Alcides commiseratus erat.

Nunc illum tu Sancte pater miserare uicissim,

Si quid cum tandem commeruisse putas.

Commeruisse tamen quidnam queat ille Carapha,

Noster amor, nostri deliciaeque chori?

Forsitan apud te illum nunc dente momorderit atro

Inuidus, ac fueris credulus ipse nimis.

Finge tamen uerè esse reum: Veniam ne negabis

Illi, qui ignotis hanc dare saepe soles?

Cum tot bullarum semper sint millia præstò,

Quæ uenias toto uendere in orbe solent?  
 Ut consanguineo ueniam, uel des ut amico:  
 Aut ut utrig; simul, si sit uterq; simul.  
 Si nec amicitiae, nec nomine sanguinis illam  
 Vis dare, da seruis supplicibusq; tuis.  
 Neu minus utiliter tibi noster supplicet ordo,  
 Quam pro illo supplex saepe Carapha fuit.  
 Nam meritis nostris (sed ne exprobrare putato)  
 A te debetur gratia, sancte pater.  
 Artis & officia ut taceamus plurima nostræ,  
 (Quorum æquum est mancas tempus in omne me  
 Quanta sit erga te nostri reuerentia cœtus, (mor.)  
 Turbaq; quam simus religiosa, uides:  
 Villa tuos melius nec seruet foemina ritus,  
 Quam nostro si qua est consociata gregi.  
 Decretisq; tuis hostes quicunq; feruntur,  
 Hostili erga illos nos quoq; mente sumus.  
 Romanam nobis nam copula iungit amoris  
 Aulam, qua non est copula firma magis.  
 Nec nisi communis queat esse utrisq; ruina:  
 Sic sequitur iunctus iuncta pericla metus.  
 Ergo age sancte pater, nobis reuocato Carapham,  
 Et finito nostras pondus habere preces.  
 Sic tibi crescat honor, qui nunc decrescit in horis,  
 Proq; illo princeps quilibet arma gerat.  
 Sic sint in precio, preciumq; tibiq; tuisq;  
 Decreta illa ferant quæ iacuere diu.

Sic quæ unum fregit Papæ Germania cornū,  
 Sponte tuo quondam det fera colla iugō.  
 Sic possis contra mortem pugnare: nec unquam  
 Te Deus in coelum Petre uocare uelit.  
 Cur aures precibus uultumq; precantibus (eben)  
 Auertis: nostras negligis & lachrymas?  
 Offendunt si fortè tui te dicta Caraphæ,  
 Si quod te offendat fortè Carapha facit:  
 Cur oculos ad facta eius non claudis, ut antè:  
 Non ad dicta aures claudis, ut antè, tuas?  
 Ipse tuæ meminiſſe uelis delicta iuuentæ,  
 Quum nondum factus Iesuitanus eras.  
 Nunc eadem quæ olim cuperes fortasse: sed etas  
 Denegat, hæc alijs cur tamen inuidreas?  
 Quid tibi uis: abigis miserum qua fronte nepotem?  
 Aut prius, aut certè non abigendus erat.  
 Namq; sibi est similis, non est mutatus ab illo  
 Qui septem aut octo mensibus antè fuit.  
 Si non mutatus, cur tu mutatus in illum?  
 Non sunt constantis talia facta uiri.  
 Sancte pater, uenerabile senex, tua proba bona nescis,  
 Personæ & iam fis immemor ipse tuæ.  
 Papatum infamas, dum uis ornare, retectis  
 Tot uitij, uulgus quæ latuere prius.  
 Cur Camarinam uis magno mouisse periclo?  
 Romana utilius tecta Mephitis erit.  
 Quid quòd iam Romana ecclesia scinditur à te,

Qui illam scidentes plectere debueras?  
 Illius nos membra sumus, sunt membra sacrati  
     (E' quorum numero est ipse Carapha) uiri.  
 Sic nos iunctae illis, corpus censemur ut unum:  
     Cuius tu meritò crederis esse caput.  
 Hoc mutilas cōrpus, membrū quādo abstrahis unū,  
     Quo non spectaculum tristius esse potest.  
 Si sapis ô bone uir, nostrum citò redde Carapham,  
     Et corpus mutilum ne patiare diu.  
 Aut caue tale aliquid, post quod nil Claudius edit,  
     Is qui Romanum rexerat imperium.  
 Ni caueas: mutilum corpus nunc absq; Carapha,  
     Et sine te truncum possit id esse breui.

F I N I S.

S Y L V V L A C A R =  
M I N V M A L I Q V O T A' D I V E R -  
fis, pījs & eruditis uīris conscripto-  
rum: quib. uariæ de religione senten-  
tiæ & controuersiæ breuiissi-  
mè explicantur.

N A H V M 3.  
Reuelabo pudenda tua in faciem tuam, &  
ostendam in gentib. nuditatē tuam, &  
regnis ignominiam tuam.

DISTICHA LVII. SVM  
mam Christianæ religionis com-  
pleteantia, M. M. autore.

Sancta trinitas.

**E**st persona triplex, Deus unus, & una pote-  
Et pater et uerbū spiritus atq; sacer. (stas)  
Pater.

Aeternus genitor, Deus optimus, omnipotensq;  
Arbitrio moderans cuncta creata suo.

Filius.

Verbum, sermo, logos, summi sapientia patris  
Filius, aeternus cum genitore Deus.

Spiritus sanctus.

Et patris & geniti sacer halitus, ac paracletus,  
Spiritus à Domino manat utroq; Deus.

Triadis unitas.

Filius à patre est genitus, procedit ab illis  
Spiritus, atq; una tres deitate uigent.

Patris & uerbi cognitio.

Nemo patrem uidit mortali lumine: uerbum  
Factus homo est, nostris se exhibuitq; oculis.

Qui uidit filium, uidit & patrem.

Qui dominum uidit Christū, audiuitq; loquentem:  
Is patrem uidit, audiit atq; Deum.

Christus Deus & homo.

Indit humanam pura de uirgine carnem

Sermo

Sermo Dei, Deus est sic quoq; factus homo.

Spiritus sancti cognitio.

Spiritus in speciem nunc ignis, nuncq; columba,

Lustravit sancti pectora fida chori.

Solus Deus colendus.

Vnus adorandus Deus est, qui cuncta creauit:

Vni debetur gloria, laus et honor.

Soli Deo fidendum.

Frustra homini fidis, frustra is ad limina diuum:

Aeterno debet fidere quisq; Deo.

Simulachra abolenda.

Dispereant, hominū manibus simulachra profanis

Facta: unus regnet uerus ubiq; Deus.

Christus inuocandus, non diui.

Quid diuos oneras? Christi pia limina pulsa:

Solus pro cunctis hic mediator adest.

Christus solus conciliator.

Christus homo atq; Deus, solus mediator habetur,

Qui patri posuit conciliare hominem.

Christus redemptio nostra.

Nos Christi bonitas æterna morte redemit,

Crimina dum lauit sanguine nostra suo.

Christus solus legem impleuit.

Non sibi, sed reliquis solus sine crimine Christus

Implicuit legis dogmata cuncta sacrae.

Christus pro nobis maledictus.

Christus pro nobis seruus, maledictus, inopsq;

*Factus: nos cunctis liberet ille malis.*

**Christus uictor resurrexit.**

*Mortem obiit Christus, uicit regna infera, uictor  
Surrexit, dextram nunc tenet ille Dei.*

**Per solum Christum salus.**

*Non hominum meritis, at soli fidere Christo,*

*Est opus: hunc præter nulla futura salus.*

**Nullū salutis nomē quām Christi.**

*Nullum est sub cœlo nomen mortalibus ægris,*

*Quām Christi, notum, prodeat unde salus.*

**Credenti Christus donatur.**

*Omnia credentis fiunt, ingrate, quid hæres?*

*Omnia cum Christo dat tibi sola fides.*

**Christus diligendus.**

*Non aurum Christus, gemmas, aut munera querit:*

*Dilige, pro tantis sat tibi solus amor.*

**Fides iustificat, non lex.**

*Iustificatur homo fidei uirtute uigentis:*

*Lex non iustificat, sed docet esse reum.*

**Iusticia legis Christum euacuat.**

*Si nobis ex lege salus prodiret, inanis*

*Aduentus Christi, mors quoq; uana foret.*

**Lex peccatum ostendit.**

*Lex data per Mosen, per Christum gratia: culpam*

*Lex aperit, iustum gratia sola facit.*

**Lex homini impossibilis.**

*Non opis humanæ est, legis persoluere iussa:*

*Quid*

**Quid præstare boni nam caro fœda potest?**  
**Lex quare impossibilis.**

**Legem ideo omnipotens nostris non uiribus æqua**  
**Tradidit, ut nobis gratia nota foret.**

**Solus Christus legem impleuit.**  
**Immaculatus homo diuino è semine Christus**

**Implicuit legem, non sibi, sed reliquis.**

**Christus pro homine satisfecit.**  
**Quod nequijt maledictus homo præstare, benignus**  
**Persoluit Christus: fecit & ille satis.**

**Homo ingratuus.**

**Hæc ingratus homo pulcherrima munera Christi**  
**Respuit, & spernit lene salutis iter.**

**Purgatorium uanum com-**  
**mentum.**

**Te meritis purgare tuis tua crimina demens**  
**Posse putans, addis crimina criminibus.**

**Christus solus purgatio nostra.**  
**Crimina nostra suo purgauit sanguine Christus:**  
**Impietas alium struxit auara modum.**

**Christus redemptor.**

**Humani generis proprio scelus omne redemit**  
**Sanguine: & ære suo debita quæq; luit.**

**Purgatorium papisticum Christi**  
**meritis pugnat.**

**Crimina qui seculo statuunt purganda futuro,**  
**Diffidunt Christi uiribus ac meritis.**

## Homo seruus inutilis.

*Iuſſa ualeremus quamuis implere Tonantis,  
Quid nam aliud serui quam sumus immeritis  
Merita homini nulla.*

*Quid meritis hominum fidis? quid uiribus ullis?  
Sunt benefacta hominis sordidiora luto.  
Opera hominū sola fide acceptatur.  
Omnē opus humanum cœno despectius ipso est.  
Acceptum Domino sed facit esse fides.*

## Fides iustificat.

*Iustificat nos sola fides: operumq; laborem  
Gignit, at ex factis non uenit ipsa fides.*

*Vera fides non est ociosa.*

*Quia inquam sola fides iustum facit, attamen illa  
Ocia nulla probans, diligit atq; facit.*

*Fides ociosa mortua est.*

*Mortua nempe fides, siccoq; simillima ligno est,  
Frugiferum pariat ni pietatis opus.*

*Arbor sterilis excinditur & comburitur.  
Igni excisa datur, fructum que non parit arbor:  
Sic homini fiet, qui pietate uacat.*

*Ex fructibus quisq; cognoscitur.*

*Fructibus ex proprijs ut quæq; agnoscitur arbos:  
Sic opere ex ipso fit manifestus homo.*

*Arbor bona bonos fructus facit,  
& contrā.*

*Arbor prava nequit sanos producere fructus:*

*sic*

*Sic bona planta malos edere nulla potest.*

**Operandum per obedientiam.**

*Non opera exercet pius optima, ut inde salutem*

*Compareret: ast summo pareat ut Domino.*

**Gratior est obedientia uictimis.**

*Gratior est cunctis prompta obedientia donis:*

*Nil nisi quod Dominus præcipit, hoc facito.*

**Traditiones hominum uanæ.**

*Perfectam Domini legem supplere uolentes,*

*Vano homines studio desipere magis.*

**Legi Dei nil addendū, aut adimendū.**

*Nil addi, minui' ue suæ, Deus ipse tremendus*

*Præcepit legi, quam temerauit homo.*

**Arbitrium homini nullum.**

*Arbitrium quid iactat homo? diuina uoluntas*

*Omnia decreuit, perficit, atq; regit.*

**Nil sine Deo.**

*Non cadit in terram passer, folium' ue mouetur*

*Arboris, æterno quin fluat arbitrio.*

**Deus spiritu & in cœlis adorandus.**

*Spiritus in cœlis Dominum bene doctus adorat:*

*Templa Deus uerax non fabricata colit.*

**Dei triplex donum.**

*Munera tria Deus confert: peccata remittit,*

*Iustificat, iustis cœlica regna parat.*

**Ex iustificatione per fidē pax interna.**

*Postquam uera fides nobis peccata remitti*

*Sensit,*

*Sensit, pax nostris cordibus inscritur.*

**Deus ad cor respicit.**

*Non externa Deus spectat, uerum intima cordis:*

*Namq; opere externo fucus inesse potest.*

**Humilitas Deo grata.**

*Deicciat sese, & sua corda superba, sibiq;*

*Displaceat, Domino qui placuisse uolet.*

**Credentes sunt Abrahami filij.**

*Exemplum fidei Abramum sectare parentem:*

*Filius Abrami, qui bene credit, erit.*

**Litera occidit, spiritus uiuiscat.**

*Litera sola suo si cortice tecta legatur,*

*Occidit: uitam spiritus intus habet.*

**Lenta Dei ultio, grauius iudicium.**

*Vindictam lento ira gradu diuina reposcit:*

*Suppicio pensat sed grauiore scelus.*

### I N R E L I G I O N I S A B- us. H. M.

*Mors mortis morti mortem nisi morte dedisset,*

*Quis hominum coeli scandere posset iter?*

*Nullus: namq; omnes sceleris sub lege reuincti,*

*Dæmonis in regno succubuere neci.*

*Morte sua at Christus deuicta morte, subegit*

*Infelix regnum, uincilaq; nostra tulit.*

*Cur igitur Papæ scelerato genua flectis?*

*Cur meritis fidis? cur simulchra colis?*

*Cur muros pingis? cur illis oscula præbes?*

Arde

Aras extollis marmore cur solido?  
 Cur lachrymas fundens, præbenti thura Baali  
     Cuncta sacrificulo crimina commemoras?  
 Cur patrem, matrem, dulces cum coniuge natos  
     Deseris, atq; ossa fœtida stulte petis?  
 Cur terret miserum te purgatorius ignis,  
     Quem fera Cyclopum finxit auaritia?  
 Cur Missam sequeris, Cœnam contemnis Iesu?  
     Cum tamen hæc Christum præbeat, illa Sathan.  
 Cur salem atq; oleum, ceramq; absumis inanem?  
     Cur frontem sacra tingere pergis aqua?  
 Cur frustra menses, horasq; et tempora et annos,  
     Obseruas falsa religione cibos?  
 Cur fugis humanos cœtus, cœnobia quærens?  
     Cur sic laruatus impia uota facis?  
 Cur Christum spernes, figmenta ac somnia curas  
     Paparum, que sunt aufugienda pijs?  
 Talia nam Christus nunquā præcepit. at inquit:  
     Poeniteat scelerum, et credite Euangeliō.  
 Credite Euangeliō: nam sic cœlestē propinquat  
     Regnum, in quo uera est lux, uia, uita, salus.  
 DE COENA DOMINI, CV M  
     antithesi Christi & Papæ.

M. M.

Quid uentrē lemarge paras, quid dētibus instas,  
     Vt Christi carnem faucibus excipias?  
 Vt Christi sancto tingantur sanguine rictus,

Fœdagi

Fœdaq; sacratum corpora corpus alati  
 Ventriculi, ab demens, non est, nec corporis eset  
 Christus, & in sauces non cupit ire tuas.  
 Quid tibi prodeſſet caro fauicib. hausta? quid olim  
 Profuit ingrato Manna datum populo?  
 Nullus quippe animæ prodeſſet cibus ore receptus,  
 Trita nec externo fercula dente iuuat. (tedit,  
 Quicquid enim ingreditur, quicquid per uiscera  
 Corpus alit tantum, pellitur inde foras.  
 At Christus cibus est animæ, nec sumitur ore,  
 Sed corde, & nunquam mittitur inde foras.  
 Ille uorat Christum, toto qui amplectitur ipsum  
 Pectore: quiq; fide fuscipit, ille babit.  
 Qui fudit Christo, Christum manducat: in illum  
 Qui credit, Christum uescitur atq; babit.  
 Christus enim totus, toto cum corpore, cœlum  
 Ascendit, dextram nunc tenet ille patris:  
 Inde reuersurus, qualis conſcendit Olympum,  
 Rursus in humana carne uidendus erit:  
 Scilicet electos reprobis cum diuidet æquo  
 Iudicio, atq; in ius cuncta creatuſ trahet.  
 Stulte Berengari, quis te miserande ſefellit,  
 Luce quis à uera compulit in tenebras?  
 Infelix, quis te à ſenſu reuocauit aperto  
 Scripturæ, humanas ut ſequercre uias?  
 Quis te diuino duclum fulgore, coegit  
 In uada tartarei cæca redire lacus?

Nimirum

Nimis ille impurus homo, Satanæq; minister,  
 Qui sumnum in toto se facit orbe Deum,  
 Quiq; per insidias, fraudes, perq; arma, per artes  
 Dæmonis elatus, sub pede cuncta tenet.  
 Clavæ habet et gladiū, miserias ut carcere trudat,  
 Conficiat, maclet, dilaniatq; animas.  
 Et tamen ille Dei se prædicat esse ministrum,  
 Imo Deum, et Christi iurè tenere uices.  
 Christus at ipse humilis semper fuit, iste superbus;  
 Hic diues mundo, pauper at ille fuit.  
 Ille suis semper pedibus perrexit, equorum  
 Hic turma semper concomitatus abit.  
 Vili asina, pulloq; asinæ semel ille resedit:  
 Huic sonipes aurō splendida semper adest.  
 Ille Dei uerbum populis monstrabat aperię,  
 Iste Dei uerbum supprimit ac sepelit.  
 Ille humiles ad se sancto sermone trahebat  
 Discipulos, multo hic milite septus ouat.  
 Oravit Christus, iejunia uera peregit:  
 Blasphemus foedis luxibus iste uacat.  
 Christus peccantes miti sermone fouebat:  
 Fulminat hic diris, persecuiturq; pios.  
 Christus discipulis mundum spondebat amarum,  
 Domna, cruces: seruos ditat at iste suos.  
 Pungentem spinis Christus tulit ipse coronam,  
 Hic gemmis fultum fert diadema triplex.  
 Ille à principibus ueste est delusus in alba,

Hunc mollis multo purpura honore tegit.  
**Ille** pedes alijs lauit ter sitq; minister,  
     Hic pedibus recipit oscula cuncta suis.  
**Discipulis** pacem suasit, pacemq; reliquit  
     **Christus:** at hic multo bella furore mouet.  
**Ille** à principibus mundi derisus: at iste  
     Regibus à cunctis culmen honoris habet.  
**Christus** terrarum domino didragmata soluit:  
     Hic passim à populis magna tributa petit.  
**Christus** dona Dei gratis dabat, atq; rogabat:  
     Quotidie regnum uenditat iste Dei.  
**Quid dicā?** Christo hic similis adeò undiq; perstat,  
     Ut similes mage sint coruus & albus olor.  
**Erratum** satis est: uani iam somnia Papæ  
     Linquite mortales, deniq; iam sapite.  
**Iam** tandem pulsa ueram caligine lucem,  
     Et nitidas puri quærите fontis aquas.  
**Quærите** iam tandem Christū: purissimus omnis  
     Fons est ille boni, lux quoq; uera pijs.  
**A L T E R A    A N T I T H E S I S**  
     Christi & Papæ.  
 Regna fugit Christus, sed Præsul suscipit urbes.  
 Spinosa Christus, triplicem gerit ille coronam.  
 Abluit ille pedes, reges huic oscula præbent.  
 Vectigal soluit, hic clerós eximit omnes.  
 Languores sanat, effuso hic sanguine gaudet.  
 Baiulat ille crucem, hic seruis portatur auaris.  
     Pascit

Pascit oues Christus, luxum hic sectatur inertem.  
 Pace & inops Christus, strepitu uenit ille minaci.  
 Christus mansuetus uenit, uenit ille superbus.  
 Ille caret nummis, regna hic tenet omnia mundi.  
 Quas leges dedit is, Præsul dissoluit iniquus.  
 Vendentes pepulit templo, quos accipit ille.  
 Sternit opes Christus, lucri hic ardore tabescit.  
 Pascit oues Christus, inopis hic sanguine gaudet.  
 Hic coenam instituit sanctam, misera ille nefanda.  
 Ascendit Christus, descendit ad infera Præsul.

IN PV R PVRATOS CAR-  
dinales. TH. B.

Semiuiros quicunq; patres radiante galero  
 Conspicis, & rubræ syrmata longa togæ:  
 Crede mihi, nullo est saturata hæc murice uestis,  
 Diuite nec coco pilea tincta uides:  
 Sed quæ rubra uides sanctorum cæde uirorum,  
 Et mersa insonti tota cruore madent.  
 Aut memor istorum quæ celet crimina uestis,  
 Pro dominis, iusto tacta pudore, rubet.

IN PSEVDOEPISCOPOS.

TH. B.

Mitrati quoconq; ferant uestigia patres,  
 Prælate apparent aurea signa crucis.  
 Siue astant aris, stulto mirante popollo,  
 Non cessant geminas ingeminare cruces.  
 Siue domo egressi priuata negocia curant,

Mille manu signant uersicolore cruces.  
 Ludere sepe etiā, & scortari, & stertere sepe,  
 Atq; inter medias pedere credo cruces.  
 Si causam rogitas: id non facit ulla tuendi  
 Cura gregis, Christi cura nec ulla crucis:  
 Verūm homines natos cruciādis omnibus æquū est  
 In manibus promptas semper habere cruces.

**I N P O N T I F I C E M R O-**  
 manum. S. C.

In cœlis Christus, Christus regit omnia terris,  
 Imperium solus cum patre Christus habet.  
 Cur igitur Papam iactat Romanū tyrannis?  
 Atq; hunc uult mundi totius esse caput?  
 Est caput ex septem, que picta est mystica uati,  
 Tartareis denis cornibus apta, feræ.

**V A T I C I N I V M I N R O M A-**  
 nam tyrannidem.

Roma diu titubans, longis erroribus acta,  
 Corruet, & mundi desinet esse caput.

**I N C H I L O N E M G A N-**  
 teum.

Chilo Ganteus INTERIM pudendum,  
 Mendax, faſiloquum, dolisq; plenum,  
 Emxit: si quid id sit requiris, audi.  
 Forma est, qua pietas, fidesq; uera,  
 Et quicquid superest in orbe sancti,  
 Ceu diro miserè INTERIT ueneno.

IN MEDICEOS FARNESIVM  
 & Iulium Montanum, pon-  
 tifices.

Roma diu Medicis male sana immittibus usa,  
 Post diram infelix incidit in Phrenesim:

**A** Phrenesi in rigidū Montē delata uerendum est,  
 Ne rigido ex Monte præcipitata ruat.

CHRISTICOLAE AD PAPI-  
 colas. M. M.

Vos o Papicole, Antichristi membra tyranni,  
 Qui contra uerum Christum pugnatis aperte,  
 Atq; caput uestrum uultis defendere Papam,  
 Mundanas ut opes, irritamenta malorum,  
 Possideatis, & ut uitam ducatis inertem,  
 Et domibus uestris uanos cumuletis honores?  
 Cur tantis in nos odii flagratis inique?  
 Cur nos insontes ferro uexatis, & igne?  
 Non uobis mundum eripimus, non ocia uobis  
 Detrahimus, nec opes, uestras ue ambimus hono-  
 Nil uestrū cupimus, cōtenti manere nostro. (res:  
 Cur tamē urgetis, Dominum ut prodamus Iesum,  
 Cur non lege Dei nostri permittitis uti?  
 Credere nec uerbo sinitis? uos credite quicquid  
 Fert animus, nobis licet uel credere Christo.  
 Nam nihil extra illum, nihil illum credere preter  
 Possumus: interno sic nobis spiritus ore  
 Dicit at, & excelsi uox formidanda Tonantis:

Sic scriptura docet, sic dogmata sancta loquuntur.  
 Vos homines, legesque hominum præponitis: at nos  
 Soli Euangelio totum assignamus honorem.  
 Nil damus humanis meritis, nil fidimus illis:  
 Gratia sola Dei replet nos, sola benigni  
 Christi opera in nobis regnant. quo denique cœlum  
 Ductore, et super aspergimus scandere in arces.  
 Ille caput nostrum: nunquam uellemus ab illo.  
 Papa caput uestrum: Papam sua membra sequentur.  
 Nos tamen optamus uobis bona quæque, salutem  
 Corporis atque animi per Christum. Valde precamur,  
 Ut uobis liceat mundi caligine pulsa,  
 Concordes uera nobiscum in luce morari:  
 Et Satana ciesto, solum cognoscere Christum.  
 Valete, et resipiscite.

**AD D. FLORENTIVM · GEBVVI-**  
**lerum, virum Consularem, de Diuo T E R R I-**  
**BILI, G. Stiblini Carmen.**


**Q**uare urbe absimus, uir prudētissime, causam  
 Accipe, ni Musa forte grauere mea.  
 Me pridem mystes sacer ad sua festa vocauit,  
 Festa popinali concelebranda modo.  
 Plurima fœcundas onerabunt fercula mensas,  
 Sus, lepus, & perdix, lucius, anser, anas.  
 Plena redundabunt dulci carchesia Baccho,  
 Diffundetq; suos blanda Thalia iocos.  
 Nec nobis deerunt agrestia munera, mala,  
 Salgama, raphaelides, caseus, uua, pyrum.  
 Accedent grati strepitus, & Musica uoce  
 Multiplici: fremitum rustica turba dabit.  
 At si forte rogas, cui diuo haec festa parentur,  
 Non est obscuri nominis ille deus.  
**Diuus TERRIBILIS, quo uix est notior orbe**  
 Alter, qui cœli lucida templa tenent.  
**Hunc omnes pagi celebrant, hic omnia fana**  
 Occupat, huic omnes annua uota ferunt.  
**Huic cedat Petrus, quamuis sit lanitor aulæ**  
 Aethereæ, & Paulus unicus ille sacri  
**Doctor apud gentes uerbi: tibi cedat & omnis**  
 Concio Diuorum, maxime TERRIBILIS.  
**Magna sacerdotum turbæ solatia prebes,**  
 Nulli terribilis, maxime TERRIBILIS.

ΧΡΙΣΤΟΣ ΕΒΕΙΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ  
Γαποσεβάς.

Ἄντοι πακοσεβέῖς, οὐκ ἐλέγχει, φίλα τυραννώ  
αρχιερῆ μέλη ρωμαίω χριστοδιώκη.  
δι ποτὶ τὸν μέγαν ἵσσεν ματιηνὸν μάχεσθε.  
ὑμετέρας τε πάρης πάπα θέλετε ἐμμερ αφωγοί·  
πλούτον ὅπως πόσμου, παντοίου σπέρμα πανοίο,  
πήγονδ', οὐδὲ βίον γάνθ' ἀπαλόφρον' αἴρυδε·  
οὐδὲ τιμὴν ἐσάγυθ' ὑμοῖς μιννώριον σίνοις·  
μίσει Τίφθ' ὑμᾶς αδείνως ἐχθαίρετε τόσως;  
τίπει μίσοςτ' αἰσι πυρὶ οὐδὲ τιφέσοιμι ἀθώους;  
οὐ πόσμον, πόσμον τε χαρανθ' αἴρουμεθ' αἴφ' ὑμέων·  
οὐκ ἀπενγυμοσύνην συλλαμερ, αἱργίην τε·  
εὖ ἄφενος, λέξης τε βάρος τῆς πασιμελεύσης  
αἱρεψίσθομ, αἴφ' ὑμέιαν γῆτεν μερ ἔγειραι·  
εὺ οὐ λελαύμεθα ιῆτεν τινὸς ὑμετέροιο·  
ἀλλὰ γέρρε, θεὸς ἀμμυρ ὁ θῶν·, αἴριον μεθ' ἔκκλον·  
ἔνπάγλως τί οὐ ὅμιος σπουδῶν ποιῶθε τοσάντων,  
οὐ πάσι φροντίσθεντον προτάσσεθ' ἵπποις;  
τί ποι οὐ χρῦδ' αἷμον θεσμοῖσιν ἐάτι βεοῖο,  
οὐδὲ λόγῳ πιτεύμενοι οὐατῆρι βίοιο;  
ὑμεῖς πίστην ἔχηθ', οἵαν ποτε θυμὸς αὐδούγη·  
ἴρετω χριστῷ μόνον αἱματεπεποιθότας εἶναι.  
οὐδέν ται παρά τὸν μυνάμεθ', οὐδὲν δίχα πάντα  
πιτεύειν. θεῖη οὐδεταύ τέσσεραν φρεσὶν αἱρεθεῖσαν·  
καὶ φωνὴ τρομερὰ μεγαλοβρεμέτω θεοῖς·

τοῦτο γραφὲ θεῖα, τοῦθ' ἴρα τὰ θεομάθισκαι.  
 θμέας μὴν μέροπας, μερόπων τε νόμος προέλεθε  
 ἡμῖν δὲ ἐστὶ σαγγέλιον τιμῆς μικρά πάσους.  
 οὐκέτι πίστιν εἰρ αἱρετῆσί τι παλαιόπροτάποις·  
 οὐκέτι γροις αὐλόρων μέγα πνείουσιν ἀλφιστάων.  
 συνοπλάγχυνοι χαρίσ μέντη σώτεροι θεοῖο  
 ἡμέας ἐμπίμπλοισιν αἱριστέα μεγαβήμουν  
 εἴρηται κρατέα χριστοῖο φερέσβιος οὖν,  
 ιωαρινή τὸ δρύς εἰρ ιερῆς πεχαραγμένα βίβλοις·  
 ὥτιν' αέγαψ, λίνη τὸ σινίρμονι ποιμένι λαῶν,  
 ἐλπισμονεῖς πόλεων αὐμβάνειν παλέων ἀτερίστηκα  
 πάντα βίοτον μισάγειν μάστοφρον οὐκέτος οὐ ποτε ὅλοῖσι.  
 ἡμῖν μὲν πεφαλῇ χριστὸς σωτήμβροτὸς ἐστιμ·  
 ἡμέας δὲ ἀντὶ ταῦ μέλι, τάγε μὴ σπαδέρην αἴφ' εἶσι·  
 ὑμετέραι δὲ πάρη πάπας διεσίμβροτὸς ἐστι μ·  
 ἡμέας δὲ αὐτὸν εὑρά, οὐκέτι ποιοτόνοις αὐτῆς·  
 αὐλάς γένιας σύχατε ποιούμεθ', ὅπως εὐτὸς Λαζαρῷ  
 πάντα γένηται ἀγαθᾶ πρὸς ψυχῆμην πάντα σέματα ὡμῖν,  
 ἵντενέως λιτόμενος, ἵνα τῆς σποτοειδέος ὄρφνης  
 τοῦ ποσμοίο πολυπλανέος ρῦσαντες ἀπάσους,  
 ἔμμιν ὄμοψύχως συγῆται σὺν αἰλιθεῖ φωτὶ·  
 πάντα σατανᾶς μιαφόνγοντες μένος αὐλόροφόνοιε,  
 εἴρηγνωσται πρόσηπτε μόνου σωτῆρος Ιησοῦν.

Μαρτίνδε Κρούσιος.



## E R R A T A.

Pag. 15 versu ult. maligna 26.18 non cognoui  
mus 48.17 exemplò 49.15 laborq; 59. 6 om-  
nes 73.8 Hinc 89.3 lege: Christi quæsissent, id  
quod decuisse ministros 92.21 lege sic: Ac inscri-  
pta docet lex menti, humanaq; dictat 128.22.23  
lege sic: Gnatii reddiderit membris, claroq; trium-  
pho. Et, Catholicos censes? An sunt hi ecclesia  
Christi, 139.8 dubium est 148.10 Fortè sic: Hinc  
Iouis usque die ad solennia tempora paschæ 145  
ult. iejuni 150.1 Præbuit 161.1 etenim 165.17 for-  
tè, imposturæ uariæ 169.19 Extincta 176.26 uel  
more 179.22 populi 180.1 pulcherrima 185.4  
At uos fautores 13 tempora 190.9 Quò 191.25  
erudos 192.14 rerum 210.22 Grammaticum, &  
extremum, &c. 231.14 Omnes 239.22 exitu  
240.10 lupis 252.6 nostra 256 ult. effici

Deo coram 260.17 pollicetur ue  
264.18 At

Folium s & t habent eosdem numeros, in-  
cipientes 273 desinentes 288.

A

RERVM ET VERBORVM IN RE-  
gno Papistico Thomae Naogcorgi, &  
reliquis memorabilium

I N D E X.

Abas quibus mona-	di ritus	46
chis sit 70 eius	redituus uti cogitur li-	
mores 71	nea ueste super alias	
abbatū confirmatio 28	suas uestes	82
Abraham 304	ægros sanari Missa 100	
Abrahami fides 253	aruscatores	137
abfolutio Papistis qua-	Aesopi fabula de lupo	
lis usitata 104	210	
absurditas Papistica	æstas puer	146
156	Agathæ uirtus contra	
abfurda quæ iubeat cre-	ignes	115
di Papa in cœnæ Do-	agenda quæ	61
mini administratio-	Agnetis uirginis festū	
ne 97	136	
Achates gemma 118	agnus Dei	156
Achilles 275	agni oblatio in festo	
acoluthi officium 48	Agnetis	136
Adam 304	agricolis quæ benefi-	
adamas gemma 118	cia præfet Maria 108	
aduentus festum 130	alba uestis	47
adulterium ludus Papi-	Alphonsi Papistæ	202
starum 169	Alphonsus	293
adultera à uiro deser-	altaria qūo dicētur	47
to querenda ,iuxta	quādo lauentur	149
constitutionē consi-	altaria in cūctis tēplis	
stotorū Papistico-	unde creuerint	101
rum 53	altariis quos iungat	
ædes sacras dēdicau-	Papa	28
	Ambroz	

I N D E X.

- Ambrosius 198  
 Anabaptistæ 297  
 Andreæ festum 161  
 Angelicæ statuæ sepul-  
     chro Christi impo-  
     nuntur 153  
 Angli Papatus culto-  
     res 18  
 animatum dies 163.164  
 Annæ uirtutes & auxi-  
     lum 115  
 ex Annatis quid espi-  
     at Papa 28  
 aueribus Martinum  
     coli 160  
 Antichristus Papa 280  
 Antonij auxilium 115  
 Apostoli qui ecclesiæ  
     columnæ dicti 266  
 appellandum ad Papa-  
     lem sedem 24  
 Apolloniæ uirginis be-  
     neficia 114  
 aquæ baptismi conse-  
     ratio 152  
 aquæ benedictæ usus  
     125  
 aquilæ, Leonis & Del-  
     phini epistola ad Pa-  
     pam Romanum 310  
 Aquisgranaum 117  
 ad Ara quomodo se ge-  
     rat episcopus 40.41
- aras ungi à Papistis 87  
 aratri uetus die Cine-  
     rum 144  
 arbitrium homini nul-  
     lum 331  
 arboris bonæ fructus  
     boni 330  
 arboris sterilis poena.  
     ibidem  
 Archiepiscopus Colo-  
     niensis 36.37  
 argenti munera offerri  
     à peregrinantib. 118  
 Arius 210  
 Arnoldus Papisticus  
     314  
 artes magicæ in quo u-  
     su apud Papistas 166  
 ascensionis festum 155  
 asellus ligneus sub Pal-  
     marum diem para-  
     tus 146  
 asinæ loquela ad Balaæ  
     curfacta 264  
 assumptionis Mariæ 160  
 Astrologis fidè haberi  
     à Papistis 130  
 altrorum cursus ob-  
     seruatio 130  
 Athanasius 210.270  
 auaritiæ morbus comu-  
     nis toti Papatui 86  
 Augustini tempora 138.

A 2 Auso

# I N D E X.

- Ausonia lingua baptis-  
mi uerba celebrari à  
Papistis 96
- auxiliatores quatuor-  
decim 113.114
- B
- B**acchanalia Papista-  
rum 140
- Balaam propheta im-  
pius 263
- Balthasar à Gultling.  
198
- baptismus quando o-  
lim collatus, & qui-  
bus 94
- baptismi aquæ conse-  
cratio 152
- baptismi institutio &  
usus 93 prophana-  
natio apud Papistas  
94.95
- baptismum quām ridē-  
do actu polluerit Pa-  
patus 95
- baptisma uenale apud  
Papistas 87
- baptizādo crimina ne-  
mini donari 94
- Baptistæ festum 159
- Baptistæ ante panem  
incepsus 156
- Barbara quid ferat. ib.
- Barbaræ virginis bene-  
ficia 114
- Barnabæ & Pauli con-  
tentio 263
- Beatus Rhenanus à Pa-  
pa proscriptus 295
- Bebelij ioca 298
- bella quando serat Pa-  
pa 25
- bellotū authot & sua-  
for Papatus 173
- Benedictinis qualis sit  
abbas 70.71
- Benedictus cur Biblia  
legere prohibuerit  
suis alumnis 71
- Benedictus mona-  
chus 315
- Benedicto quæ uirtus  
tribuatur à Papistis  
114
- beneficia quæ nā præ-  
stet Maria cultori-  
bus suis 107 &  
inde
- Beneuentanæ urbis e-  
piscopus Casanus  
179
- Bryllus gemma 118
- Bernardus monachus  
315
- Biblia à Papa condem-  
nata 296
- Bibliorum interpreta-  
tionem

T N D E X

- |                         |         |
|-------------------------|---------|
| tionem sibi soli arro-  | n8      |
| gat Papa                | 19      |
| Bibliorū lectione qua-  |         |
| re interdixerit suis    |         |
| alumnis Benedictus      |         |
| 71                      |         |
| Bibliothecas condere    |         |
| quomodo impedi-         |         |
| at Papa                 | 297     |
| Blasij dies festus      | 139     |
| uirtutes                | 114     |
| Boccatus                | 298     |
| Boemi Papatus culto-    |         |
| res                     | 18      |
| Bohemorum dictū de      |         |
| monachis                | 231     |
| bona quæ largiatur Pa-  |         |
| pistæ, si quis nūmos    |         |
| der 86.87 & inde        |         |
| boues offerri à pere-   |         |
| grinantibus             | 118     |
| brachas diuorum mó-     |         |
| strari à Papistis       | 113     |
| Brentius                | 199.214 |
| Brentium quibus con-    |         |
| uicijs proscindant      |         |
| Papistæ                 | 281     |
| Breuiaria papistica     | 315     |
| butyrum gustasse, deli- |         |
| ctum                    | 145     |
| C                       |         |
| Aballos offerri à       |         |
| peregrinantibus         |         |
| per Cepas quomodo       |         |
| puellæ explorent        |         |
| quis sponsus eis fu-    |         |
| turus sit               | 131     |
| Cæsareū honorē quo-     |         |
| modo sibi rapuerit      |         |
| Papa                    | 22.23   |
| Caiphæ prophetia qua-   |         |
| lis                     | 263     |
| calceolos diuorū mon-   |         |
| strari à Papistis       | 113     |
| Calixtus Papa           | 315     |
| Callicratides Samosä-   |         |
| tensis                  | 183     |
| cameræ decanus, Ioā.    |         |
| Casanus                 | 179     |
| capanæ Nüburgi glo-     |         |
| riatio                  | 124     |
| campanarum baptiza-     |         |
| tio 49.50 pulsus        |         |
| ingruente tempesta      |         |
| te                      | 123.124 |
| campanas & æramen-      |         |
| ta ungi à Papistis      | 81      |
| Campegio scriptit E-    |         |
| raimus                  | 217     |
| candelæ templorū ad     |         |
| quæ fiunt peregrin-     |         |
| nationes                | 118     |
| candelarum consecra-    |         |
| tio 139 effectus.       |         |
| ibid. usus aduer-       |         |
| A 3 sus                 |         |

I N D E X.

- sus tempestates 124  
 candelabra offerri à pe-  
     regrinantibus 118  
 canis lapidē mordens  
     Papæ similis 287  
 Canonici ueteres &  
     noui 54  
 Canonicorū luxus 56  
 Canonicæ horæ 55  
 Canonicum ius unde  
     conscriptum 84  
 cantibus omnē sacrifici-  
     culturū pietatem cō-  
     flare 155  
 capititis sacrificorū un-  
     ctio 49  
 cappæ nigrae Canoni-  
     corum 54.55  
 captiuorum deus qui  
     singatur à Papistis 114  
 Carapha Cardinalis e-  
     xul 320  
 carbunculus gema 118  
 Cardinalis legatione  
     fungens quomodo  
     excipiatur 32  
 Cardinales quale o-  
     nus mundo 33 quo  
     modo corradiant o-  
     pes 33  
 carne uesci quādo con-  
     cedatur à Papistis 86  
 carnes quādo nō gu-  
     stent Papistæ 145  
 Carolus V Cæsar' 203  
 carpones cui offeran-  
     tur 159  
 Carthusia secta mona-  
     chorum 126  
 Casanus 292.298  
 Casani precium pro li-  
     bello Sodomítico 195  
 Casula quid 150  
 Catharinæ arma 156  
     festum 161  
 Catharinæ quæ uirtu-  
     tes adscribantur à  
     Papistis 114  
 ob Cathedrā ex impio  
     pium non fieri 264  
 Catholici qui uerè di-  
     cantur 90.173  
 Catholica fides quæ  
     89.90  
 coenobiorū descriptio  
     69.70  
 cepas quādo seminente  
     Papistæ 142  
 Gerberi Romani cona-  
     tus irriti 289  
 Cereales 78  
 cereus Paschalis 151  
 Chamus patris irri-  
     for 240  
 charitatis officia ordi-  
     natæ fieri debere 208  
     Chilon

# INDEX.

- C**hilon Ganteus 338  
 Choatre populi magie  
     studiosi 166  
 chorales qui dicti 55  
 choreas ducendi mos  
     in festo Ioannis Ba-  
     ptistæ 159  
 Chrisma 51  
 chrismatis usus in Ba-  
     ptismate infantū a-  
     pud Papistas 95  
 chrismate quomodo  
     ungantur pueri.  
     102  
 Christophorus 156  
 Christophori auxiliū  
     115  
 Christus cur in altum  
     ascenderit 109 cur  
     lauerit discipulis pe-  
     des 149  
 Christus Deus & ho-  
     mo 326 eiusdē be-  
     neficia pro nobis  
     exhibita 327  
 Christus egens 119 ho-  
     nore suo spoliatus à  
     Papistis 185  
 Christus iusticia no-  
     stra 93 patronus  
     coram patre 111  
 Christus pastor, & eius  
     grex ecclesia 276  
  
 Christus quæ pro no-  
     bis fecerit 21 qua-  
     le exemplū nobis re-  
     liquerit passioe sua  
     256 quid exhibeat  
     nobis in cœna 102  
     quō semper edatur  
     97  
 Christi & Mosis diuer-  
     sitas 42  
 Christi iejuniū 223 na-  
     talisch celebratio 131  
     nomen inane apud  
     Papam 103 raris  
     templis impositum  
     119 eiusdem obla-  
     tionem in Missa quā  
     ti faciat Papa 98  
     passim luditur à Pa-  
     pistis 156  
 Christum à bonis &  
     malis comedì, sed di-  
     spari fructu 98 in  
     cœna nō offerri 250  
     251 cum Belial con-  
     iungunt Papistæ.  
     171  
 de Christo quid noue-  
     rit Turca & Papa  
     129  
 Christianorum pœni-  
     tentia uera 103  
     A 4      Chri-

I N D E X.

- |                                   |       |     |
|-----------------------------------|-------|-----|
| <b>Christianæ religionis</b>      | stas  | 119 |
| summa                             | 326   |     |
| <b>Christicolæ ad Papico-</b>     |       |     |
| las                               | 339   |     |
| <b>Chrysolithus gemauis</b>       |       |     |
| ciborum consecratio               |       |     |
| 153                               |       |     |
| <b>cinnus primus cur de-</b>      |       |     |
| matur de capite ra-               |       |     |
| forum                             | 48    |     |
| <b>Cinerū dies apud Pa-</b>       |       |     |
| pistas                            | 143   |     |
| <b>circuncisionis festum</b>      |       |     |
| 153                               |       |     |
| <b>cistæ in templis Papi-</b>     |       |     |
| starū descriptio                  | 122   |     |
| <b>Cistercijs qualis Ab-</b>      |       |     |
| bas sit                           | 70.71 |     |
| <b>cives asinum trahere</b>       |       |     |
| numis redimut                     | 147   |     |
| <b>claves Papæ</b>                | 17    |     |
| <b>clavos crucis Christi</b>      |       |     |
| ostēdi à Papistis                 | 113   |     |
| <b>Clementina glossa</b>          | 314   |     |
| <b>clericorum continen-</b>       |       |     |
| tia                               | 225   |     |
| <b>Cochlæi Papistæ</b>            | 202   |     |
| <b>Cochlæus</b>                   | 292   |     |
| <b>cœlibes papistæ</b>            | 84    |     |
| <b>cœlum aperiri Missa</b>        |       |     |
| 100                               |       |     |
| <b>inter Cœlū &amp; terram</b>    |       |     |
| animis hærere papi-               |       |     |
|                                   |       |     |
| <b>Cœna Domini cur à</b>          |       |     |
| Christo instituta                 | 96    |     |
| <b>cœna Domini qualis</b>         |       |     |
| apud Papistas                     | 148.  |     |
|                                   |       |     |
|                                   |       |     |
| <b>cœna Domini nomen</b>          |       |     |
| mutatum à Papistis                |       |     |
| in Missæ nomen                    | 97    |     |
| <b>cœnam Domini ad me-</b>        |       |     |
| ritum seruire Papi-               |       |     |
| stis                              | 99    |     |
| quot quātis                       |       |     |
| q; modis prophana                 |       |     |
| uerit Papatus                     | 96.97 |     |
| <b>de Cœna Domini, cū</b>         |       |     |
| antithesi Christi &               |       |     |
| Papæ                              | 333   |     |
| & inde                            |       |     |
| in Cœna quid exhibe-              |       |     |
| beat nobis Christus               |       |     |
|                                   |       |     |
|                                   |       |     |
|                                   |       |     |
| <b>Cognatus à Papa pro-</b>       |       |     |
| scriptus                          | 295   |     |
| <b>cognitio patris &amp; uer-</b> |       |     |
| bi                                | 326   |     |
| spiritus san-                     |       |     |
| eti                               | 327   |     |
| <b>Coloniensis Archiepi-</b>      |       |     |
| scopus                            | 36.37 |     |
| <b>Colonienses papistæ</b>        |       |     |
|                                   |       |     |
|                                   |       |     |
|                                   |       |     |
| <b>comm̄da Missam se-</b>         |       |     |
| quen-                             |       |     |

# I N D E X.

- quentia 98  
 compatres baptisan-  
     darum campanarū  
     150  
 Compostellam adeút  
     Papistæ 117  
 communia quæ nā ha-  
     beant Papistæ 80  
 conchis æquoreis or-  
     nati peregrinantes  
     120  
 conciliator solus Chri-  
     stus 327  
 concilium absque Pa-  
     pæ iussu nullum col-  
     ligi 22  
 concilia Papistica 299  
 concordia via quæ u-  
     nica 204  
 confidere quibus reb.  
     iubeat nos Papa 106  
 confirmatio Papistica  
     102  
 coniugij institutio à  
     Deo facta 185 euer-  
     ho à Papistis 185, 186  
 coniugium contrahen-  
     tes rati & uncti quo-  
     modo puniantur 85  
 coniugium uitari à Pa-  
     pistis 84 à mona-  
     chis 67  
 coniugia à Papa diri-  
     mi 21  
 coniugia quæ diriman-  
     tur aut coniungan-  
     tur à consistorijs pa-  
     pisticis 52  
 Conradus Gesnerus  
     310  
 conscripti Patres 179  
 consistoria Papistarum  
     52  
 conuiuia monachorū  
     ipso Iouis die ante  
     Pascha 150  
 ad Cor respicere Deū  
     332  
 Corinthi mores 170  
 corpus Christi uenale  
     apud Papistas 87  
 corporis Christi festū  
     156  
 Corybantes in Idi mō  
     te 132  
 Cosmas medicorū tu-  
     tor 116  
 creator cœli & terræ  
     quomō placetur 105  
 credenti Christum do-  
     nari 328  
 non Credenti peccata  
     non remitti, licet do-  
     cies baptiseretur 94  
 credeutib. remitti pe-  
     ccata. ibid.

A g cres

# I N D E X.

- credentes esse Abraha  
 mi filios 332  
 criminis deleri Missa  
 100  
 crucis Christi particu  
 las in omnibus tem  
 plis Papisticis mon  
 strari 113  
 crucem Christi oscula  
 tur Papistici sacer  
 dotes 150.151  
 cruces de collis Papi  
 starum suspensæ 167  
 crystallo includunt  
 dæmonas Papistæ.  
 ibidem  
 Cursus, preces Mariz  
 statutæ 109  
 Curtisani qui dicâtur  
 56 & inde  
 cinædi à ueterib. Ro  
 manis puniti 179  
 Cyprimores 170
- D
- D**amasus Papa hora  
 rū Canonicarū  
 institutor 55  
 Dani Papatus culto  
 res 18  
 Danielis in Babylone  
 uita honesta 65  
 Dardanus magus 166  
 dedicatio templi 161
- deliciarum uenatores  
 monachi 69  
 Delphini, Aquilæ, &  
 Leonis epistola ad  
 Papâ Romanum 310  
 dentium dolorem que  
 diua sanet 114  
 Deus quō adorandus  
 331 solus colendus  
 327  
 Dei clementiā & potē  
 tiam negat Papatus  
 106.107 cultus à mo  
 nachis uiolatus 232  
 Dei solius, nūquam er  
 rare 261  
 Deo soli fidendum 327  
 Deum & homines non  
 eodem modo placâ  
 ri 105 eum placari  
 Missa, secundum Pa  
 pistas 100  
 Deum quis inuocet in  
 reb.asperis 106 ad  
 eū qui cōfugiat 90  
 diadema Papæ triplex  
 27  
 dies rogationum 154  
 dierum discrimen à Pa  
 pistis ponî 129  
 digitorum sacrificulo  
 rum perunctio 49  
 diui nō inuocandi 327  
 diue-

# I N D E X.

- diuorum cultus no.  
 iii.iiii inuocatio an  
 in symbolo tradita  
 272  
**D**iuorū merita in pœ-  
 nitentia tractatio-  
 ne quantum euehat  
 Papa 104  
**D**octores auaritia de-  
 diti 15  
**D**octorum ecclesiæ an-  
 te Papatum corru-  
 pra uita 15.16  
**D**oleatus à Papa pro-  
 scriptus 295  
 donum Dei triple 331  
 dormire quare inter-  
     diu iubeātur mona-  
     chi 70  
 dubitare docet Papa-  
     tus totus 128  
  
**E**  
**E**ccij Papistæ 202  
 Eccius 292  
 ecclesia catholica 288  
**E**cclesiæ Christi quos  
 ciues ueros agno-  
 scat 90 ad quid ha-  
 beat potestatē 247  
 unde habeat potesta-  
     tem suam 18  
 oleemosynas quo fine  
 præsent Papistæ 119  
  
**E**mbriensis ludimagi-  
     ster Papistico[r]ū cul-  
     tu[m] defensor 199  
**E**mseri Papistæ 202  
 Emserus 292  
**E**phot lineum Iudeo-  
     rum 82.138  
 Epiphania 134  
**E**piscopus quō ad sa-  
     cra facienda orne-  
     tur 38  
**E**piscoporu[m] descriptio  
     35 iusurandum 36  
     doctrina in concio-  
     nādo ad populū 40  
**E**piscoporum nomina  
     & officiū apud Pau-  
     lum 245  
**d**e Episcopis quid do-  
     cuerit Lutherus  
     243.244  
 equoru[m] cura Stephanī  
     festo sacrata 134  
**E**rasmus quādo & quō  
     in Lutherū scripse-  
     rit 219  
**E**rasmi epistola in Lu-  
     therum an uera 216  
     præconium de Lu-  
     theri uita 207  
**E**rroru[m] choragus quid  
     effecerit in Papatu[m] 117  
 i[er]usalem 288  
**E**uan-

T N D E X.

- E**uangelium quib. cōn  
 uicijs impugnetur à  
 Papistis 172  
**e**uangelij prædicatio-  
 ne papatum cū suis  
 membris decreſce-  
 re & aboleri 79  
**e**uāgelicorū bella quo  
 modo interpreten-  
 tur Papistæ 172  
**e**ucharistie species al-  
 tera cur laicis adem  
 pta,cauſe 248 &  
 inde.  
**E**ulogij auxilium 116  
**E**uripidis uersus 275  
**E**xcommunicatorū a-  
 pud ueteres poena  
 105  
 exequiæ 164.165  
 exequiarum ritus & u-  
 sus 126.127  
 exorcistæ officium 48  
**E**xtrauagantes 314  
 F  
**A**ber 292  
**F**abri papistæ 202  
 factis homines placari  
 105  
 factis proprijs confide-  
 re iubet Papa 106  
 quantum fidant Pa-  
 pistæ 119  
 ex Factis fieri absolu-  
 tionem Papisticam  
 104  
 famulos quos amet cu-  
 ria Papalis 57  
 Farnesius 339  
 febres quæ diua repel-  
 lat 114  
 febres quibus precu-  
 lis abigant Papistæ  
 142  
**F**erdinandus Caroli V  
 frater 202  
 ferias quomodo cele-  
 brent Papistæ 167  
 festa Mariæ instituta  
 109  
 fides catholica quæ 89.  
 90  
 fides Papatus 89  
 fides iustificans nō o-  
 ciosa 330 quæ mor-  
 tua. ibid.  
 fidem iustificare, nō le-  
 gem 328  
 fidem in Christum, de-  
 strui à Papa 103  
 filius Deus 326  
 Fischeri 202  
 flagellis seipſos exden-  
 tes Spiræ uisi 104.  
 105  
**F**lorentius Gebuuile-  
 zus

I N D E X.

- rus 341  
**F**loriani auxilium 115  
 in Flumina cur se inui-  
 cē portet in Papatu  
 in Bacchanalib. 144  
 fœnum ex præsepi in  
 quo Christus infans  
 cubuit, monstrari à  
 Papistis 113  
 fontes in uinū mutari  
 quando putent Pa-  
 pistæ 131  
 ad Franciscanū ecul-  
 lum qui confugiant  
 126  
 Fratres 316  
 ex Fructibus quemque  
 cognosci 330  
 frumenta quādo & quo  
 modo obequitent  
 coloni Papistici 157  
 G  
**A**llineæ offeruntur  
 Viti festo 158  
 galeri Cardinalium 33.  
 34  
**G**alli Papatus culto-  
 res 18  
 Ganymedem mellem  
 quisq; requirere iu-  
 betur 180  
**G**ebilerus à Papa pro  
 scriptus 295  
 gemmarum pondera à  
 peregrinantibus of-  
 ferri 118  
 Georgius 156  
 Georgij auxilium 116  
 Germani Papatus cul-  
 tores 18  
 Gertrudis auxiliū cō-  
 tra mures 115  
 Gigantium more cō-  
 lum affectari à Papi-  
 stis, propria iusticia  
 92.93  
 gladium præferri Her-  
 bipolensi episcopo  
 ad aram eunti 42  
 Goclenij scrinia 217  
 Graduale 315  
 Græcorū murmur ob-  
 uiduas 262  
 Græcos nō coluisse Pa-  
 patum 18  
 Gratianus 314  
 Gratis omnia dati à  
 Deo 105.106  
 Gregorius 315  
 Gregorij auxilium 115  
 Gryllus 214  
 H  
**A**eretici qui olim  
 dicti 284  
 in Hæreticorum catalo-  
 gum Satyra 279  
 hære-

# I N D E X.

- hæresēō inquisitio qui  
     bus cōmilla 76  
 hælecis suspensio apud  
     Papistas 144  
 Hartungus à Pspa pro  
     scriptus 295  
 Heliax ieunium 223  
 Henricus Glareanus à  
     Papa proscriptus 295  
 herbarum consecratio  
     160  
 Heribpolēsi episcopo  
     præferti gladium ad  
     aram 42  
 Herculeo morbo quis  
     diuus medeatūr 114  
 Herodis factum cruen  
     tum 133  
 hircorū patronus Bre  
     denbachius 269  
 Hispani Papatus culto  
     res 18  
 Hōmerus citatus 266  
 homo ad quid creatus  
     222  
 homo ingratus 329  
     seruus mutilis 330  
 homini nulla esse meri  
     ta. ibid.  
 pro Homine Christus  
     satistecit 329  
 homines & Deū nō eo  
     dē modo placari 105  
 homicidam quomodo  
     tractent Papistæ 83  
 homicidium quō que  
     rantur Papistæ. ib.  
 horas Canonicas quis  
     primus instituerit 55  
 Huldrichi præsulis qir  
     tus & auxilium 115  
 Huldricho quæ offera  
     tur 159  
 humilitas Deo grata  
     332  
 Hyacinthus 118  
 Hyberni Papatus cul  
     tores 18  
 Hyems puer apud Pa  
     pistas 146
- I
- Acobus Andreæ 119  
 Iacob.fictus,diues 119  
 Iacobus primus sente  
     tiam dixit in conci  
     lio Apostolico 266  
 de Iacobi epistola Lu  
     theri sententia 247  
 Iani Calendis quid fa  
     ciant Papistæ 133  
 ianitoris officium 48  
 iaspis gemma 118  
 idola 123  
 idolorum armaria quā  
     do pandantur 161,  
     162,163
- ieunia

I N D E X.

iejunia Mariæ festis	infantium baptismus
quō obseruētur no-	quam ridiculo acū
iejunia Papistarū qua-	celebretur à Papi-
lia	pistis.
in Iesum Christum cre-	ibid.
dendum	infantum exequiæ 165
Jesuitarum secta	inferiæ 128
234 & inde	ad Infirmitatem tollé
ignis accessus sub festū	dā spiritus sanctus
Ioannis Baptiste	non datus 262
159	innocentium puerorū
ignis purgatorius 26	festus dies 133
ignis uetus quando à	inquisitio hæreson
Papistis extingua-	quos articulos com-
tur, & nouus eliciat-	prehendat 76 qui-
itur	būs cōmissa.
imberbes omnes sacri-	intercessores parandi
fici & reliqui Papa-	studium 118
tus ministri 82	Interim à quo fīctū 338
Imbriopolis quæ diua	Ioannes Baptista ne an-
clara 116	Papa lupus dicen-
immunitas Papistico-	dus 279
rum ministrorum 82	Ioannis Baptiste festū
impietas Papistica 156	159
impieratis magister Pa-	Ioannis Euangeliū
pa 104	de collis Papistis su-
impieratis quæstus 160	spensum 167
indulgētiæ Papales 121	Ioannis festum posl na-
indulgētiarū prēcones	talē Christi 132, 133
quid faciant 122, 123	Ioannis virtutes con-
infantes à dæmone ha-	trauenena 114
bitari credunt Papi-	in Ioannem Casanum
æ	Satyra 175
95	Ioannes Oporinus 319
	louis

## INDEX

- Iouis tribus diebus ante festum Natiuitatis quid faciant Papistæ 130  
 Israel uerus 90  
 Israëlitæ renitente Pharaone educti à Deo 281  
 Itali Papatus cultores 18  
 Judæ Iacobi F. cū Thamar nuru erratum, quomodo ab ipso damnatum 235  
 Judæ laceratio 149  
 Judæi unde se saluari somnient 93  
 Iudaorum respublica dissipata 281  
 Judæos omnia certo iustu fecisse, papistas ex se facere omnia 81 plus Papistis sapere 154  
 Iudoci uirtus 116  
 Julius 339  
 ius Canonicū unde cōscriptum 84  
 iura humana & diuina longè distare 105  
 iuslurandum episcoporum 36  
 iureiurando quali ad-
- stringantur Cardinales 31  
 iusticia nostra Christus 93  
 iusticæ propriæ iactatio in Papatu 91  
 iusticiæ quem scopum statuerit lex Molis 252
- L
- Ac Mariæ monstrari à Papistis 113  
 lac quando non gustet Papistæ 145  
 Letare, festum Papista rum 145.146  
 laicis pocula aufert Papa in cœne Domini nicae administratio ne 98.99  
 laicis cur species altera adempta 248  
 lamina plumbea de pallio pendens 136  
 lanceam, qua Christi latus effossum est, monstrari à Papistis 113  
 lapsorum apud veteres peccata 105  
 laruati in Bacchanalibus 140  
 Latomus 292  
 Latomis

I N D E X.

- |                         |      |                          |      |
|-------------------------|------|--------------------------|------|
| Latomi Papistæ          | 202  | librorum Papisticorū     |      |
| Laurentij prunas ostē-  |      | catalogus                | 314  |
| di à Papistis           | 113  | libris Papisticis nem-   |      |
| Laurentij uirtutes      | 114  | ni interdici             | 290  |
| lectoris officium       | 48   | de Libris à Papa prohi-  |      |
| legatus Papæ , Cata-    |      | bitis expositulatio      |      |
| nus                     | 179  | 301                      |      |
| legatione fungi Cardi-  |      | linea uestis quem con-   |      |
| nales                   | 31   | ferat fructum            | 82   |
| lenç apud Papistas      | 169  | lineç uestis usus in ba- |      |
| lenones apud Papistas.  |      | ptismate infantium       |      |
| ibidem                  |      | 95                       |      |
| Leo Papa                | 315  | Lini episcopi Romani     |      |
| Leonis, Aquilæ & Del-   |      | inuentum                 | 138  |
| phini epistola ad Pa-   |      | linigeri Papistæ         | 81   |
| pam Romanum             | 310  | ltera occidit            | 332  |
| Leonardi uirtutes       | 114  | Lothi in Sodomis uita    |      |
| lex à Christo impleta.  |      | 65                       |      |
| 327.329                 |      | Louanienses Papistæ      |      |
| lex homini impossibi-   |      | 204 fugiendi             | 315  |
| lis 328 cur             | 329  | Lucas pictorum serua-    |      |
| legis iusticia Christum |      | tor                      | 116  |
| euacuari                | 328  | Luciferi è cœlo descē-   |      |
| legi Dei nihil adden-   |      | sus                      | 14   |
| dum, uel adimendū       |      | ludi Papistarum festis   |      |
| 331                     |      | diebus                   | 168  |
| leges diuinæ quomo-     |      | ludimagistri officium.   |      |
| do à Papa tracten-      |      | 204                      |      |
| tur                     | 21   | ludimagistri non exor-   |      |
| leges publicas quando   |      | tes asini Palmarum       |      |
| obseruet Papistæ        | 83   | 148                      |      |
| Libido Papistarū        | 176. | ludimagistris quid pro-  |      |
| 177 rasorum             | 85   | festa Martini            |      |
|                         |      | B                        | 160. |

# I N D E X.

- 160.161  
 ludimagiſtros apud Pa-  
 piſtas uti quoq; li-  
 nea uelle 82  
 lumenis ardentis uſus  
     in baptiſmate infan-  
     tium 95  
 lunæ obſeruatio apud  
     Papiſtas 130  
 lupanaria 168.169  
 de Lupo fabula Aeoſo-  
     pi, fundamen tum li-  
     belli ludimagiſtri  
     Embricensis 210  
 lupi qui uocandi 277  
 lupi pifces cui diuo of-  
     ferantur 159  
 Lutherus apud infe-  
     ros ardere dictus.  
     ibid. cur uota co-  
     tempferit 235.236  
     inde. eius doctri-  
     na 238  
 Lutherus ne an Papa  
     lupus 277.278 &  
     inde  
 Lutherus quod aperte  
     absque hominum re-  
     ſpectu docuerit  
     211 solus restitit pri-  
     mo tyrannidi Papi-  
     ſticæ 213.288 qua-  
     les libtos in coena  
     sibi legi, & eur uo-  
     luerit 215  
 Lutheri doctrina scri-  
     ptura ſacra fulta  
     258.259 uita inno-  
     cens, etiam à Papi-  
     ſtis probata 217 uo-  
     tu de coelibatu 227  
 Lyranus taxatur 228.  
     229
- M
- D**E Maccabæorū li-  
     bro ſecundo Lu-  
     theri factum 247  
 Magiæ uſus apud Papi-  
     ſtas 166  
 Magorum dies 134  
 Magistratus officium  
     208  
 Magni uirtus 116  
 Mahometi lex quando  
     & unde orta 16  
 mala mudi è cœlo quo  
     modo ueniant 14.15  
 manuum sacrificulorū  
     unctio 49  
 Marci uirtutes contra  
     mortem 114.115  
 mares non uiolatos li-  
     bidine apud ethni-  
     cos 178  
 Mariæ pulcher cultus  
 Ratiſponæ 116.117  
 Maria

# I N D E X.

- Maria an castitate uo-  
uerit 229 quæ be-  
neficia præstet cul-  
toribus suis 107 u-  
bi maximè qua-  
tur in terra 117  
Mariæ assumptionis fe-  
stum 160 citatio-  
149 cultus apud  
Papistas 107 & inde  
Mariæ horæ 315  
Mariæ idolum uincere  
amictu Salomonem  
119  
Mariæ lac ostendi à Pa-  
pistis 113  
sub Mariæ nomine qua-  
le sodalitium insti-  
tutum 109  
Mariæ virginis non de-  
beri diuinos hono-  
res, ut Papistæ fin-  
gunt 109  
Mariæ qui festi dies in-  
stituti 109  
Mariæ tres conueniunt  
ad sepulchrum Chri-  
sti 153  
Mariæ serui, monacho-  
rum genus 109  
maritorum lupanaria  
accendentium pœnæ  
109
- Martini festa & cultus  
160  
Martinus Crusius 243  
Martis diem Bacchana-  
lium tempore quo-  
modo celebrant Pa-  
pistæ. ibid.  
masculæ ueneris ori-  
go, cœlestis à Cas-  
no dicta 180  
Mathias Bredenbachii  
us 202  
Melanchthoni scriptis  
Erasmus 217  
Melchisedech quid ob-  
tulerit 251  
Memphis à Ioseph q[uo]d  
gubernata 65  
mendicantes assiduo-  
qui 75  
mendicantium mona-  
chorum ordo & ui-  
ta 72 inde  
mendicare pulchrum,  
imò perutile mona-  
chis 75  
mentis dubiæ precium  
condemnatio 128  
mentiri quæque nul-  
lus pudor Papistis  
138  
mercator, cultor Ma-  
riæ 108

B 2 Mer.

I N D E X.

- Mercurij dies Baccha-  
naliū tempore a-  
pud Papistas quo-  
modo celebretur  
143  
meretricum pœna in  
lege Mosis 170  
meritum ex omnibus  
rebus requirunt Pa-  
pistæ 120  
merita Papistarū quo  
in loco habeantur  
119  
merita uenalia apud Pa-  
pistas 86 à mona-  
chis qui emant 120  
sine Meritis nihil fieri  
in Papatu 99  
Michaelis epistola 166  
miraculorum amans  
mundus 71  
Missa à Luthero explo-  
sa 251  
Missa sacerdotis con-  
cubinarij nō audiен-  
da 226  
Missam quæ commoda  
sequantur 98  
Missæ à regibus & mo-  
narchis institutæ 101  
Missæ quæ & quāta be-  
neficia tribuant Pa-  
pistæ 100. 101 &  
inde 315  
Missa 315  
Missales uestes offerri  
à peregrinantib. 118  
Monachatus 126  
Monachi clamosi, sub-  
ornati ad emungen-  
das pecunias 122  
cur non utantur li-  
nea ueste 82  
Monachi diuites 68  
fex Papistarum 234  
gens inuentrix ma-  
jorum 109  
Monachi quare inter-  
dum dormire iube-  
antur 70  
Monachi, & eorum ui-  
ta, studia & officia  
62 & inde  
Monachorum castitas  
67 paupertas 68  
sectæ. ibid.  
Monachorum deliciæ  
& luxus 69 examina  
unde exiterint & cre-  
uerint 101. 233. 234  
Monachorū genus, Ma-  
riæ serui dictū 109  
Monachorū merita ue-  
nalia 120 ordines  
à diabolo reperti  
231  
a Mo-

I N D E X.

- A** Monarchis Missæ institutę 101  
 Monasteriorum descrip̄io 69.70  
 Monastice nostra quid contineat 230  
 Mortis monstrum, sub festum Lætare 146  
 Mosis & Christi diuerſitas 42  
 Mosis ieiunium 223  
 nulli cui diuo offerantur 159  
 mundus miraculorum amans 71  
 mundi delicta per solū Christū expiata 93  
 mundanis rebus quomodo se ingerant monachi 66  
 mures & glires quæ diua ex cibis abigant 115  
 Musarū de libris à Papa prohibitis expostulatio 301
- N**  
**N**atalis Christi celebratio apud Papistas 131  
 nauita cultor Mariæ 108  
 Nicolai auxilium 115
- festum & cultus 161  
 nidos suos ubi posuerint monachi 69  
 niue quomodo certetur apud Papistas 142  
 Noa 304  
 noctiū discretio apud Papistas 129  
 Noruegi Papatus cultores 18  
**N**umburgi Turingiæ quæ fuerit campagna 124  
 nummos ab ara rapi in nocte Natalis Christi 131  
 nummos qui det, quanta bona à Papistis consequatur 86.87  
 inde
- 
- O** Bedientia gratior uictimis 331  
 oblatarum mentio 155  
 offertoria plebis 88  
 officiales qui, & eorum officia 53  
 olei usus in baptismate infantium 95  
 onyx gemma 118  
 opalus gemma. ibid.  
 opera hominū sola fi
- B 3 de

I N D E X,

- |                          |     |                         |
|--------------------------|-----|-------------------------|
| de acceptari             | 330 | modo celebretur à       |
| operum honorum cau-      |     | Papistis 146 aduer-     |
| sæ                       | 257 | sus tempestates 124     |
| opes donandi mona-       |     | panis sacri cultus 156. |
| chis causa quæ fue-      |     | 157                     |
| rit principibus          | 69  | panem mutari in cor-    |
| opes Papæ                | 28  | pus tradit Papa 97.98   |
| opifex, cultor Mariæ     |     | pannus totus tonden-    |
| 108                      |     | dus, ne à tinea lada    |
| Orpheus cur discer-      |     | tur, proverbum 121      |
| ptus                     | 181 | Papa an & unde sanctis  |
| ossa sanctorum effodi    |     | simus 30.               |
| quæstus gratia à Pa-     |     | Papa ne an Lutherus     |
| pistis                   | 112 | lupus 277.278 indq.     |
| Ottilie virginis vir-    |     | Papa quis fieri possit, |
| tus                      | 114 | uulgi proverb. 183      |
| qua quando non gu-       |     | Papa qualis econo-      |
| stent Papistæ            | 145 | mus 316 an ecclæ-       |
| ouis uesci quando co-    |     | siæ caput 19 quo        |
| cedatur à Papistis       | 86  | suis clauibus utatur    |
| oues offerri à peregrin- |     | 17 omnibus ut De-       |
| antibus                  | 118 | us colendus existi-     |
| oues quis diuus custo-   |     | matus. ibid. unde       |
| diat                     | 115 | opes suas colligat 28   |
|                          |     | unde cuiusque prin-     |
| P                        |     | cipis arcana rescis-    |
| Alastinā adeunt Pa-      |     | scat consilia 77        |
| pistæ                    | 117 | Papæ amictus 27 ad      |
| pallia diuorum mon-      |     | bellum graffatio 25     |
| strari                   | 113 | consilia in Germa-      |
| pallij cuiusdam descri-  |     | niam 191                |
| ptio                     | 136 | Papæ doctrina horren-   |
| pallioli usus            | 138 | da de pœnitentia,       |
| Palmarum dies quo-       |     | 103                     |

I N D E X.

- |                        |               |                                     |
|------------------------|---------------|-------------------------------------|
| 103                    | maiestas, lu- | Christi membris nō<br>agnosci posse |
| xus, &c. unde          | 106           | 170                                 |
| Papæ monarchia         | 267           | Papismi eura & studia               |
| Papæ nomē olim omni    |               | 190 ab origine re-                  |
| bus episcopis com-     |               | petitio                             |
| mune                   | 16            | 185                                 |
| Papæ ubera             | 277           | Papistæ cur nos lethali             |
| uita                   | 29            | odio prosequan-                     |
| in Papæ regno quid     |               | tur                                 |
| quærendum              | 79            | 196 suis eti-                       |
| Papam à nemine iudi-   |               | tiam coloribus ab                   |
| cari debere            | 20            | Erasmo depicti                      |
| Papatus an ecclesia    |               | 219                                 |
| Christi                | 276           | quomodo colant &                    |
| quomodo omnia per-     |               | euchant laudib. Ma-                 |
| uertat                 | 74            | riam                                |
| quam latè se exten-    |               | 109 in Chri-                        |
| derit                  | 18            | stum coniurati                      |
| unde sit               |               | 79                                  |
| ortus                  | 14            | Papistæ quomodo abo-                |
| qua in ecclesia patra- |               | miratio facti cun-                  |
| uerit                  | 185           | ctis bonis                          |
| Papatus quatenus       |               | 226                                 |
| Christum nouerit       |               | Papistarum Bacchana-                |
| 110                    |               | lia                                 |
| Papatus avaritia       | 54            | 140 libido                          |
| errores Deo conni-     |               | 85.225                              |
| uente fieri            | 209           | Papistarum proceres                 |
| Papatus fides          | 89            | tyrannidis redargu-                 |
| maiestas               | 13            | ti à Luthero                        |
| sco-                   |               | 245                                 |
| pus                    | 16            | Papistarum uita                     |
| 17                     |               | 275                                 |
| Papatus membra pro     |               | Papistici scriptores                |
|                        |               | 216                                 |
|                        |               | Papistica fides                     |
|                        |               | 91 do-                              |
|                        |               | ctrinx summa                        |
|                        |               | 246                                 |
|                        |               | Papisticum purgatori-               |
|                        |               | um Christi meritis                  |
|                        |               | pugnare                             |
|                        |               | 329                                 |

## INDEX.

- Papisticorum sacerotū  
ministri quō tractē-  
tur cæde perpetra-  
ta 83.84
- Papalis curia quos a-  
met famulos 57
- ad Papalem sedem ap-  
pellandum 24
- Papales indulgētiæ 121
- Paphnutij consiliū 228
- Parasceue Papistarum  
150
- parentum honor à mo-  
nachis neglectus 232
- parturientibus proprie-  
tia Maria 108
- Pascha Papistarum 152
- Paschalis cereus 151
- Pastores Papistici 60  
quæ doceant. ib.61
- pastores quos dederit  
Christus 276
- Pater Deus 326
- patris benignitas quō  
offeratur & accipia-  
tur 254
- patres ueteres errasse  
284
- patientia Dei in seren-  
dis Papistis 188
- Patriarchæ nomen 137
- patroni Papistarum 111
- patronos parandi stu-  
dium 118
- Paulus 183 diues 119
- Pauli & Barnabæ con-  
tentio 262
- Paulifententia contra  
scortatores 170
- Paulus IIII quod de-  
derit præmium Ca-  
fano 195
- paupertate neminē tar-  
dari quo minus do-  
net diuis 118
- Pausanias 209
- pax interna unde 337
- peccatum à lege osten-  
di 328
- de Peccato originali  
doctrina Lutheri  
274
- peccata remitti, an cre-  
diderit Lutherus 273
- pedū lotio Papistis us-  
tata 149
- Pelles uniuersæ circa  
humeros Canonico-  
rum 54
- Pétecoste Papistarū 155
- Peregrinationes quō  
fiant apud Papistas  
116 quid eis tribu-  
ant 120
- Petronelle virtutes 114
- Petrus diues 119 an-  
poniti-

I N D E X.

- pontifex Ro. fuerit 266  
 Petri carina 173 cur-  
 sus ad sepulchrum  
 Christi 153 lapsus 262  
 Phocæ inuentum mo-  
 narchiæ Papæ 267  
 pictoris stulti exem-  
 plum 309  
 Pighij 202  
 piorum persecutio 171  
 piscium oblatio cui di-  
 uo hat 160  
 placentam distribuen-  
 di mos apud Papi-  
 stas 134  
 poculū cur auferat Lai-  
 cis Papa 99.280  
 pœnitentia Papistica 102  
 Christianorum  
 qualis 103  
 Poggius 297.298  
 Poloni Papatus culto-  
 res 18  
 Polydamas athleta. 209  
 Pontifex apud Iudeos  
 summus cur consti-  
 tus 260  
 populos quomodo si-  
 bi subiecerit Papa 122  
 porcos offerri à peri-  
 grinantibus 118  
 potestas ecclesiæ ubi si-  
 ta 18  
 præbèdarum collatio 28  
 eas quō uenen-  
 tur Curtisanī 58  
 præfulū cōfirmatio 28  
 preces Papisticæ 165  
 principes quō sibi sub-  
 iecerit Papa 22 eo-  
 rundē obedientia 23  
 principum munus 208  
 principatus unius ubi  
 laudatus 266  
 procreationis ardor  
 carni insitus 222  
 Prudentius poeta 198  
 prunas Laurentij mon-  
 strari à Papistis 113  
 psalteria Papistica 166  
 in Pseudoepiscopos 337  
 puellæ quō de sponsis  
 futuris diuinent Ad  
 uetus tēpore 130.131  
 puellis aurum donasse  
 D.Nicolaum 161  
 puellas ad aratum tra-  
 hi Cinerū die 144  
 puer, ligneus in cunis  
 132  
 puerorum cōfirmatio  
 apud Papistas 102  
 eorundem ludi sub  
 B 5 festum

I N D E X.

- festum Lætare 146  
 puerorū præposterus  
     amor apud Papistas 176.178  
 pueris dissentib. quid  
     boni faciat Maria 107  
 puerperas magia de-  
     fendunt à dæmoni-  
     bus Papistæ 166  
 purgatio nostra solus  
     Christus 329  
 purgatorium uanū cō-  
     mentum 329  
 purgatorio igne quo-  
     modo utatur Papa  
     26  
 purificationis festum  
     138.139  
 Pyrcheimerus à Papa  
     proscriptus 295  
 Q  
**Q** Vadragesima Pa-  
     pistarū 145 itē  
     quinquagesima 139  
 R  
**R** Ami ad festum Pal-  
     marum allati 146.  
     147  
 raphanorū eſus apud  
     Papistas 153  
 rasū omnes Papistæ 80  
 rasorū turba quib. ce-  
     remonijs augeatur 47  
 rationale diuinorum  
     124.125  
 Ratispona 116  
 redéptio noſtra Chri-  
     ſtus 327.329  
 refugia Papistarū 106  
 Regem creādi mos a-  
     pud Papistas 134  
     item ungendi Si  
 reges ante aſinum ge-  
     nua flexiſſe 147  
 reges ſe iactant Papi-  
     ſtæ ob rafum caput 81  
 reges qū ſibi ſubie-  
     cerit Papa 22.23  
 regum mundi obedie-  
     tia erga Papam 23  
 à Regibus Miffæ inſi-  
     tutæ 101  
 in Religionis abuſus,  
     epigramma 332  
 reliquiæ ſanctorum 112  
 à Renatis quid requi-  
     ratur 257  
 Rochi uirtus, ſcabiem  
     pellere 114  
 Roffensis 292.215  
 Rogationum dies 154  
 D. Romani uirtutes  
     contra dæmones.115  
 Romam uenitæ domi-  
     nă cur adeant Papi  
     celz

I N D E X.

- colæ 117  
 in Romanum pontifi-  
 cem 338  
 rosaria repetita, preces  
     ad Mariam confitæ  
     à Monachis 109.166  
 Roterodamus proscri-  
     ptus à Papa 295  
 Rotulae usus in indi-  
     candis jejuniorum  
     diebus in honorem  
     Mariæ 110  
 Russi Papatus culto-  
     res 18
- S
- Abbatum ante Pa-  
     scha 151  
 sacerdos summus cur-  
     statutus apud Iude-  
     os 260  
 sacra Papistica quibus  
     confidentibus 49  
 Sacramenta quinque à  
     Papa inuenta 102  
 sacramenta septem à  
     Lutherò sublata, &  
     quot seruata 267.268  
 sacrificorum cohortes  
     unde 101  
 salis in baptismate in-  
     fantium usus 95.125  
 salem aquæ iungendi  
     ritu in consecratio-
- nibus unde sumpse-  
     rint Papistæ 46  
 salices virentes ad Pal-  
     marum asinum alla-  
     re 147  
 salus per solum Chri-  
     stum 328  
 salutem pendere ex fa-  
     ctis nostris, maxima  
     regula in Papatu-  
     99  
 Samosatenis peregri-  
     nus 297  
 sanctorum ossa cur ef-  
     fodiantur à Papistis  
     112  
 sanctorum meritis niti  
     iubet Papa 106  
 sanctè uiuere 65  
 sapphirus gemma 118  
 satisfactio apud Papi-  
     tas usitata 104  
 Saul inter prophetas  
     264  
 sub Scalarum gradib-  
     tutos se putant qui-  
     dam à fulmine 124  
 Scatinia lex in cinxe-  
     dos 178 extincta a-  
     pud Papistas 169  
 scortatio. ibid.  
 scortatorum poena in  
     Mose

I N D E X.

- Mose quæ præscri-  
pta 170  
scortum cuiq; pastori  
Papisticō cōcessum  
62  
scortorum Romanorū  
Supplicatio ad sum-  
mum pōtificem p̄  
Carapha Cardinale  
320  
Scoti Papatus culto-  
res 18  
Scoticæ tenebræ 314  
scriptura ad quid data  
244 pro arbitrio  
Papæ interpretari  
concessa 19  
scripturæ sacræ autho-  
ritas 258  
secundū Scripturas o-  
mnes spiritus & do-  
ctrinæ iudicād̄ 274  
sectæ monachorū duæ  
potissimum 68  
senibus quæ conferat  
beneficia Maria 108  
sericeas uestes à pere-  
grinantib. offerri 118  
Seruetus 297  
Sextus 314  
signa duo à Christo in  
stituta 93  
silentia triduana 148  
Simonē & Apostolos  
non distinguit Papa  
102  
simulachrū Mariæ quo  
ornetur à Papistis  
109  
simulachra abolenda  
327  
quādo in Papisticis  
téplis legi solita 145  
Smaragdus 118  
soccos diuorū mōstra  
ti à Papistis 113  
fodalitiū sub Marię no-  
mine institutū 109  
Sodomæ & Gomorræ  
renouator Casanus  
181  
Solymæ ruinas uisunt  
Papistæ 117  
in Speluncis se tutos à  
tempestatibus fore  
quidam putant 125  
spes omnis in Missa Pa-  
pistis 99  
spermologos officio  
Episcoporū fungi 35  
Spiræ quid uiderit au-  
thor 104  
spiritus sanctus curda-  
tus 262, 326 scri-  
pturæ author 244  
spiritus probandi 285  
sponſi

I N D E X.

- sponsi mores atq; animum quō inquirant  
 puellæ apud Papistas 131  
 spuri in baptismate infantium usus 95  
 Stanislaus 292  
 statuam Christi queritnam sepieliunt Papistæ 150.151  
 statuas varias offerri à peregrinantibus 118  
 Stephani festum 132  
 strenas donandi mos 133  
 sudaria diuorum monasteriorum à Papistis 113  
 suffraganei qui 44  
 suppara diuorum monasteriorum à Papistis 113  
 Susanna auxilia 115  
 Syluester pont. 292.315  
 Sylvestri nigri 202  
 Symmachi Ro. exemplum 198  
 Synodorum decreta quæ abroganda 285  
 T  
**A**bellaæ 123  
 tabularum pulsus 148.151  
 in Tartaro quale imperium exerceat Papa 26  
 de Tempestatib. annis quādo diuinent Papistæ 135  
 templi dedicatio 161  
 paratus 164 pariteres ungi apud Papistas 81  
 templa diuorum quō adormentur 112  
 templa rara Christi non habere, sed omnia diuorum 119  
 D. Terribilis 343  
 testamenta noua à Papa condemnata 296  
 bisidicatur 244  
 Theutonici ordinis milites unde 75  
 Thomas Aquinas 314  
 thuris acerras offerri à peregrinantibus 118  
 thuris succensio 135  
 traditiones hominum vanæ 331  
 trahis qui uehantur apud Papistas 143  
 Triadis unitas 326  
 Tridentini concilij acta 299  
 Trinitas 326  
 triremis alicuius imaginis picta 120.121  
 tunicam Christi monstrari

# I N D E X.

- strari à Papistis 113  
 Turcæ & Papatus collatio 129  
 Turcæ quibus rebus fidant 93 quid de Papistis sentiat 164  
 plus eos sapere quam Papistas 154  
 Typographi à Papa ex communicati 291  
 typographi quidam Papistici 293  
 tyrannidis redarguti Papistæ à Luthero 245
- V
- V**alentini uirtus 114  
 uanitatis columnæ Papatus 277  
 uenalia cuncta apud Papistas 86  
 Venetijs impressus Cansani libellus 188.189  
 uenia Papalis 106  
 ueniarum talenta numeris emi à Papa 104  
 ueritatis columnæ, ecclesia 276  
 uestes sanctorum monstrari à Papistis 113  
 in Vicis quæ cōmoda uenentur mendicantes 74
- uictoriæ ara 198  
 Vincentij uirtutes & auxilia 115  
 uinitor Urbani cultor 158  
 uinum mutari in cruentem, iuxta Papæ traditionem 97  
 uini usus in festo Ioannis euangelistæ 133  
 in Vinum quādo aqua mutatur, secundum Papistas 131  
 uirginib. quæ præstet beneficia Maria 107  
 uirginitatis uotum apud Iudeos quale 228  
 uirgis se cedendi mos apud Papistas in fe sto Innocentum 133  
 uita Papæ 29 Pistarum 129  
 uitæ æternæ promissio ne quæ bona receperit Pap. 24  
 uitris cacodæmonas includunt Papistæ 167  
 Vitus quas uirtutes habeat 114  
 Viti festū & cultus 158  
 ulcera Papistica quo curanda 288  
 ultis

I N D E X.

- |                          |        |     |
|--------------------------|--------|-----|
| ultio Dei lenta, graui-  |        |     |
| us iudicium              | 332    |     |
| uncti omnes Papistæ      |        |     |
| 81                       |        |     |
| unctionorum libido       | 85     |     |
| unctionis digitorum, ma- |        |     |
| nū & capitis quo-        |        |     |
| modo fiat                | 49     |     |
| unctionis extremæ u-     |        |     |
| sus                      | 127    |     |
| unctiones quibus reb.    |        |     |
| cōferant Papistæ         | 81     |     |
| unctione suprema de-     |        |     |
| leri peccata uenalia     |        |     |
| 106                      |        |     |
| Vngari Papatus culto     |        |     |
| res                      | 18     |     |
| Volfius à Papa proscri   |        |     |
| ptus                     | 295    |     |
| uolucris una quando      |        |     |
| cuique Papistæ co-       |        |     |
| medenda                  | 155    |     |
| uota monachorum im-      |        |     |
| pia                      | 233    |     |
| seruentur                | 66.67  |     |
| uota possibilia quæ      |        |     |
| 222                      | stulta | 224 |
| uouere quomodo pla-      |        |     |
| ceat Deo                 | 227    |     |
| uouere quod tibi non     |        |     |
| fit datum, quid          | 223    |     |
| Vrbani festum, & cul-    |        |     |
| tus                      | 158    |     |
| Uirtus                   | 115    |     |
| Vrsula                   | 156    |     |
| Vuendelini uirtus &      |        |     |
| auxilia                  | 115    |     |
| uulgus quomodo de-       |        |     |
| ceptum à Cerealib.       |        |     |
| & inquisitoribus ha-     |        |     |
| reticæ prauitatis        | 78     |     |
| Vuolfgangi episcopi      |        |     |
| uirtutes & auxilia       |        |     |
| 115                      |        |     |
| Z                        |        |     |
| Z Asius à Papa pro-      |        |     |
| scriptus                 | 295    |     |
| Zelus Papæ               | 298    |     |
| Zenon                    | 183    |     |

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA IO-

annis Oporini, Anno Christi 1559

Mense Augusto.

